



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Opera Mystica V. Ac Mystici Doctoris F. Ioannis A Crvce
Primi Religiosi Discalceati Ordinis B. V. M. De Monte
Carmelo Et Seraphicæ Virginis Theresiæ fidelissimi
coadiutoris**

Juan <de la Cruz>

Coloniæ Agrippinæ, 1639

Phrasivm Mysticae Theologiæ V.P.F. Ioannis A Crvce Carmelitarum
excalceatorum Parentis primi Elvcidatio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37873

PHRASIVM
MYSTICAE
THEOLOGIAE

V. P. F. IOANNIS A CRUCE
Carmelitarum excalceatorum Parentis
primi

ELVCIDATIO

AVTHORE

P. Fr. NICOLAO A IESV MARIA
Sacrae Theologiae Lectore Salmanticensis Col-
legij eiusdem Ordinis.

AD ILLUSTR. DD. MELCHIOREM
de Moscoso Episcopum Segouiensem.



COLONIAE AGRIPPINAE,
Sumptibus Haered: BERNHARDI Gualtheri
Anno M. DC. XXXIX.



B.
Joanni
à Cruce

Opera
mystic.

NVI

128





ILLVSTRISSIMO,

AC REVERENDISSIMO

D. D. MELCHIORI DE
MOSCO, ET SANDOVAL EPISCOPO
SEGOVIENSI REGIO CONSILIARIO, AC SERENISSIMI
Ferdinandi Hispaniarum Infantis Cardinalis
Cubiculario Maximo,

FRATER NICOLAUS A IESV MARIA
Carmelita Discalceatus.

IBI (Præsul amplissime) Theologica hæc
Mystici Doctoris nostri Ioannis Elucida-
tio multis nominibus debetur. Primum,
quòd Elucidatio : Cui enim splendescens
lux, nisi Soli; Tibi, inquam, genere, ac virtute micanti?
Deinde quòd Theologica : cum sacra imbutus sapien-
tia Salmanticæ Magistri olim lauream illustrans obti-
nueris. At cum Doctoris Mystici ea sit explicatio, te di-
uinorum Mystem ac expertum decet. Ioannis autem
nostri qualiscumque hæc defensio, insigni Ioannis i-
psius veneratori ac laudatori commendanda : præci-
pue

2 2

pue

B.
Joanni
à Cruce

Opera
mysticæ


NVI

128

4
pue cum ad Segouiensem Pontificem eius, cuius Segouix corpus requiescit, tutela pertineat. Sed hæc, & si maxima obsequij huius præstandi vincula, minora tamen, si vni instaurati Carmeli titulo comparentur. Discalceati, namque Carmelitæ doctrina à Discalceato item Carmelita defenditur: renouati Carmeli, res agitur. Hæc vel vnica munus hoc tibi consecrandi ratio. Quanto enim affectu nostram prosequaris Religionem, non modo ipsa honoribus ac immensis penè beneficijs à te obruta, sed & fama vbique proloquitur. Videas (generose ac religiose Princeps) quot, quantisque deuinciar ipse nominibus, vt tibi leuident se hoc munusculum audeam, debeam consecrare. Ea igitur beneuolentia, qua cuncta nostra soles, illud suscipe; qua te instaurati Carmeli Religio suspicit, Patronum sibi, & constituens, & votis omnibus, precibusque iugiter ad Deum fuis incolumem precatur. Vale, o, præsidium, & dulce, & decus nostrum. Salmanticæ.


APPRO-

5
Approbatio P. M. Didaci de Campo Augustiniani,
Qualificatoris Inquisitionis Generalis, & Exami-
natoris Generalis in Archiepiscopatu
Toletano.

 X commissione DD. Ioannis de Velasco, &
Acebedo in hac Regali Curia Vicarij Gene-
ralis perlegi librum, cui titulus Elucidatio cir-
ca aliquas Phrases Theologiæ Mysticæ, edi-
tum à P. Fr. Nicolao à Iesu Maria sacrae Theologiæ Le-
ctore in Collegio Salmanticensi Carmelitarum Excal-
ceatorum tanto patri pietate, doctrina & religione e-
micanti dignum, in hoc Conuentu Diui Philippi Ma-
dritensis, die secundo Decembris anni 16,0.

Fr. Didacus de Campo.

Censura del P. Fr. Luis Cabrera.

 E visto por mandado de los señores del Consejo
este tratado, cuyo titulo es, Elucidatio circa ali-
guas Phrases Theologiæ Mysticæ, Autor el P.
Fr. Nicolas de JESVS Maria, Lector de Theologia en el
Collegio de Carmelitas Descalços de Salamanca. Todo lo
que contiene me parece muy conforme a la doctrina Sagra-
da, y a la ensennança de Santos y Doctores Escolasticos. Serà
de grande importãcia para direccion de los que han de ca-
lificar doctrinas, y proposiciones tocãtes a materia de espiri-

B.
Joanni
à Cruz

Opera
mystic

NVI

129

tu, en que sin duda muchos se suelen adelantar por falta, no solo de esperiencia desta materia, sino de principios, y del conocimiento especulatiuo, que es necessario para dar parecer en ella; el qual se requiere mucho mayor quando falta el pratico, y experimental, pues en este caso la falta del uno se ha de suplir con el otro, para llegar y conocer especulatiuamente, adonde con la practica, y esperiencia no se ha llegado. Para esto pues digo, que será de grande importancia este tratado, en el qual muy sabia y doctamente se dà dotrina general admirablemente fundada, y declarada para el acierto de calificar proposiciones desta materia, lo qual haze en la primera parte. En la segunda declara algunas proposiciones, que el venerable Padre Fr. Juan de la Cruz dexo escritas en sus obras, por aver reparado en ellas algunos Teologos. Lo qual se haze en este tratado tan exactamente, como en lo antecedete, con que tengo por sin duda, que de oy en adelante, no solo no se hallará en que reparar, sino que todos reconocerán la verdad, y profundidad, y delgadeza, con que el dicho venerable Padre Fray Juan de la Cruz tratò las cosas del camino de espíritu. Y por el consuelo que me parece tendrán sus deuotos, que solo entienten Castellano, he querido dar este mi parecer en nuestra lengua bulgar. En este Convento de San Felipe de Madrid, Março treinta de mil y sciscientos y treinta y un annos.

Fr. Luis Cabrera.

ELV.

ELUCIDATIO THEO- LOGICA.

*CIRCA PHRASES, ET PROPOSITIO-
nes Theologiae Mysticae in communi, & aliquas etiam in
particulari, quae in spiritualibus libris Venerabilis Pa-
rentis nostri IOANNIS A CRUCE, primi post Bea-
tam Fundatricem THERESIAM, reformati Car-
meli erectoris. reperiuntur.*

PROOEMIUM:

DVO sunt (amice Lector) quae Elucidationem hanc Theologicam
exposcere videntur. Primum est; ipsius Theologiae mysticae, de qua
in suis spiritualibus libris Venerabilis Parens noster IOANNES A
CRUCE, tanquam sublimis Doctor mysticus à Patre luminum
eximie illustratus, sublimiter egit, summa altitudo; difficultas, ac
reconditum argumentum; quale ipsum nomen *Mysticae* (quod ut
aduertit D. Bonau. c. 3. de mystica Theologia, part. 4. idem sonat,
quod occulta Theologia) praefert. Cum enim in qualibet scientia, vel arte propriae
phrasae ac locutiones, quae non nisi illius scientiae, vel artis professoribus sunt notae,
quarum proinde intelligentia propriae explanatione indiget, reperiantur, potiori sane
iure in hac adeo sublimi, occulta, difficili, ac ignota Theologiae mysticae scientia, quae
circa res à communi hominum captu altissime reconditas, inò & prorsus ineffabiles
versatur, similes longeque difficiliore, & abstrusiores phrasae, ac locutiones ipsius
proprias, quae explanatione indigeant, reperiri necessum erit. Hanc enim sublimem
scientiam magnus ille Theologiae mysticae princeps Dionysius cap. 7. de diuinis no-
minibus describens, sic inquit. *Est diuinissima Dei cognitio, quae est per ignorantiam cognita
secundum vnitionem super mentem, quando mens ab omnibus alijs recedens; postea & se ipsam di-
mittens, vnita est super splendentibus radijs inde, & ibi non scrutabili profundo sapientia illu-
minata.*

Ex quo fit, ut sancti Patres, ac Doctores mystici, cum ad res adeò sublimes, & re-
conditas aliquantisper explicandas locutiones communes valde impares, ac demissas
esse cernant, alijs locutionibus saepe vtantur, in quibus etsi excessus aliquis vel minor
proprietas appareat, inest tamen in illamet impropriate mira quaedam proprietas,
& apti-

B.
Joanni
à Cruce

Opera
mystica
NVI
128

& aptitudo ad denotandum rem altiore esse, quam verbis exprimi queat, quæ proinde locutiones piæ, ac reuerenter suscipiendæ, ac explicandæ sunt, multumque prædictis Doctoribus in hac parte deferendum, vt in prima huius elucidationis parte latius prosequemur.

Cum ergo Venerabilis Pater noster IOANNES A CRUCE tanquam sublimis Theologiæ mysticæ Doctor, de his altissimis, ac reconditis rebus in suis libris sublimiter scripserit, non potuit non prædictis locutionibus, & phrasibus huius reconditæ scientiæ proprijs, atque adeo difficilibus, debitaque vt ab omnibus rectè intelligantur, explicatione indigentibus sæpe vti, ad quarum proinde Theologicam explicationem meritò Elucidationem hanc instituimus.

Accedit secunda ratio ex præcedenti orta: cum enim in his libris prædictæ locutiones propter adductam rationem sæpe occurrant, aliqui eas legentes etiam Scholasticæ Theologiæ non omnino ignari, in mysticæ tamen studijs, & experientiæ parum versati illarum legitimam, ac verissimum sensum nequaquam capientes in illis offendere poterunt, easque veræ Theologiæ parum consonas, imò & omnino falsas, vel etiam aliqua maiori censura dignas existimare, quasi hæreticorum (qui communiter illuminati dicuntur) erroribus fauere possint, cum tamen reuera, vt ex dicendis manifestè constabit, illis omnino sicut lux tenebris aduersentur.

Vt igitur vano horum timori, qui proculdubio *illic trepidauerunt timore vbi non erat timor*, eorumque scrupulis sacra Religio nostra, vt par est, occurreret, ne forte exinde mystici Doctoris nostri doctrina prorsus cælestis, maximeque utilis, & necessaria, minimeque censura, sed potius summa veneratione, & admiratione digna detrimentum aliquod, vel iacturam aliquando patiatur, nobis à Maioribus nostris iniunctum fuit, vt singulas locutiones, ac propositiones, in quibus illi (licet immeritò) trepidauerunt, ac offenderunt, percurreremus, legitimamque earum sensum Catholicæ doctrinæ, ac Sacræ Theologiæ consonum aperiremus, quod in hac Elucidatione Dedante, ipsoque Doctore nostro edocente præstare intendimus, apertissime (nisi fallimur) ostensuri eas omnes locutiones, ac propositiones, prout in libris Venerabilis Patris nostri continentur, non solum ab omni prorsus erroris suspitione immunas esse, sed etiam in Sanctorum Patrum, ac illustrium Doctorum, quos sancta veneratione Ecclesia libris sæpissimè, & expressè, tam quoad rem, quam quoad loquendi modum reperiri, sanamque, Catholicam, sublimem, vtilem, imò & animarum salutem, spiritualique profectui necessariam, ac denique Sacræ Theologiæ in omnibus minime consonam, prorsusque diuinam doctrinam continere, quæ proinde absq; vilo timore, sed cum magna securitate, inoffensoque pede percurrenda, addiscenda, veneranda, reuerenter suscipienda, ac opere diligenter exequenda est.

Cæterum, quia ad singularum propositionum debitam explicationem, & intelligentiam aliqua in communi circa easdem prius adnotanda, & elucidanda occurrunt, ideo totam hanc Theologicam Elucidationem in duas præcipuas partes diuidemus, in quarum prima ea, quæ ad has propositiones in communi pertinent adnotabimus, in secunda verò prædictas propositiones figillatim percurreremus, & elucidabimus. Vtramque autem partem in diuersa capita

secabimus.

PRIMA

PRIMA PARS ELUCI
DATIONIS

*Ea qua ad propositiones has in communi perti-
nent complectens.*

CAPVT I.

*Huius libri doctrinam propter aliquorum scrupulum, districtioremve censuram non
obscurari, sed potius exinde occasionaliter illustrari, &
commendari.*



NE eorum, quorum in proemio iam meminimus, scrupulus, aut
districtior censure circa propositiones infra referendas, & explican-
das, aliquem erga librum hunc Venerabilis nostri Ioannis legenti
scrupulum, aut suspensionem ingerat, debitamque eius doctrina fi-
dem, ac venerationem aliquo modo minuat, sed potius occasio-
naliter augeat, illud in primis prænотandum duximus, valde scili-
cet in Ecclesia antiquum, & consuetum esse, libros Sanctorum Pa-
trium valdeque illustrium Doctorum excellenti doctrina refertos non modicas con-
tradictiones districtioresque censuras, vel per inuidiam à malis, vel etiam ex nimio
zeli feruore à pijs viris (Deo sic ad maiorem veritatis illustrationem permittente,
diabolo verò ob eiusdem veritatis odium id procurante) per aliquod tempus pati,
quæ tamen temporanea contradictio non obscuritatem, nec suspensionem, nec vene-
rationis defectum, sed veritate perspecta perpetuum eis splendorem celebritatem-
que contulit, maioremque conciliauit auctoritatem: quod in his quoque mystici
Doctoris nostri libris sublimi, & præclara doctrina vndeque referret euenturum
merito speramus. In huius ergo veritatis confirmationem aliqua ex certis historijs
exempla adducemus.

Et in primis, vt à præcipuis Ecclesiæ Doctoribus incipiamus, statim se se menti of-
fert celebre illud opus maximi Doctoris D. Hieronymi, quod ad vniuersæ Ecclesiæ
summam vtilitatem elaborauit, dum sacras Scripturas veteris Testamenti ex He-
braico fonte in Latinam linguam transtulit, aduersus quam translationem multi viri
graues tunc acriter insurrexerunt, eam grauius reprehendentes, pluraque contra eam
obijcientes, vt ex præfationibus eiusdem D. Hieronymi, quas præfixit sacris libris,
quos

B.
Joanni
à Cruce

Opera
mystica
NVI
128

quos ex Hebræo transfudit, quæque in Latinis Biblijs correctis, & auctoritate Clementis VIII. editis post libros sacros simul circumferuntur, in quibus de huiusmodi obrectatoribus valde conqueritur, & se ab eorum telis defendit, manifestè constat specialiterque Paladius Galata (referente eodem D. Hieronymo in prologo librorum contra Pelagian.) & Rufin. lib. 2. aduersus Hieronymum, prædictam translationem reprehensione dignam reijciendamque esse existimauerunt, & (quod magis est) D. August. eam non fuisse Ecclesiæ, necessariam, neque vtilem iudicauit, vt ex epist. 10. quæ est August. ad Hieron. & 11. quæ est Hieronymi ad Augustinum, quæ in tom. 2. operum D. Augustini habentur apertè constat. Ceterum hæc tam graui contradictione, distinctiori que plurium censura non obstante, tantum auctoritatis pondus, commanemque venerationem prædicta translatio obtinuit, vt Damasus Papa (sicuti refert Platina in eius vita) eam in communè Ecclesiæ vsum introduxerit, Ecclesiæ etiã generali applausu (vt affirmant D. Isidorus lib. 1. de diuinis Officijs cap. 12. & Raban. lib. 2. de Institutione Clericorum c. 54.) eam vt veriore, & clariorem statim admiserunt, insuper sublequentes Ecclesiæ Patres, vt D. Gregor. lib. 2. moral. c. 24. Isidorus lib. 6. ethymol. c. 5. & alij, imò & ipsemet D. August. lib. 18. de Ciuit. Dei, cap. 43. eandem valde commendauerunt, ac tandem vniuersalis Ecclesiæ in Conc. Trident. sess. 4. d. 4. vulgatam Latinam editionem pro authentica, & canonica habendam esse decreuit, hanc eandem summam auctoritatem prædicti D. Hieronymi translationi, quam continet maior pars librorum veteris testamenti eiusdem vulgatæ editionis contulit. Ecce ergo qualiter illa plurium offensione, grauique censura non obstante, non obscurata, sed insigniter illustrata prædicta translatio remansit.

3. Sed iam ad celeberrimum Ecclesiæ Doctorem, & lumen D. Augustinum transeamus, cuius insignes libri circa prædestinationem, & gratiam. Plurium animos non solum de communi vulgo, sed etiam presbyterorum, ac Episcoporum, qui & pietate, & eruditione celebres erant, ita offenderunt, vt multum ex eorum doctrina turbarentur, eamque valde suspectam haberent, vt in epistolis D. Hilarij, & Prosperi ad eundem Augustinum, quæ in tom. 7. operum ipsius ante librum de Prædestinatione Sanctorum circumferuntur, cernere licet, satisque indicat idem D. Prosperus in præfatione responsionum ad capita Gallorum, vbi hæc habet verba, *Doctrinam quam sancta memoria Augustinus Episcopus contra Pelagianos inimicos gratia Christi, & liberi arbitrij decomposuit, per multos annos apostolicè asseruit literisq. mandauit, quibusdam visum est, aut non intelligendis, aut intelligi eam nolendo reprehendere, & hoc quasi compendium cognitionis, his qui in discipulorum ducebantur asserre, vt qua in libris prædicti viri damnabilia reperisse iactabant, breuium capitulorum indicula publicarent, talique commento, & detestationem eius, quem impeterent obtinerent, & ab his, qua infamassent, curam exterriti lectoris auerterent.* Hæc Prosperus de Augustiniana doctrina contradictoribus, quæ proposito nostro non parum adaptantur.

Sed nunquid propter hanc tantorum virorum contradictionem Augustiniana doctrina suspecta, aut minus venerata remansit? imò potius occasione exinde delumpta magis illustrata fuit, maiusque auctoritatis pondus, ac venerationis incrementum suscepit: siquidem non solum prædicti Sancti Patres Hilarius, & Prosperus pro eius defensione facilliter propugnarunt, sed etiam plures Summi Pontifices, vt Celestinus

in epistola ad quosdam Galliarum Episcopos c.2. Sanctus Leo in epistola ad Nicetam Aquileiensem Episcopum, Gelasius in epist. 5. ad vniuersos Episcopos per Picenum, ac in decreto, cum septuaginta Episcopis habito de apocriphis scripturis, & Ioann. 2. in epistola ad quosdam nobiles Senatores Romanos, ac denique Concil. Arausic. 2. iussu citati Leonis Pontificis celebratum prædictam D. Augustini doctrinam non solum approbauere, eius obtractatores grauius coarguentes, sed etiam summis laudibus commendarunt, adeo, vt iam Augustini in hac parte doctrina non tanquam vnius particularis Doctores opinio, sed tanquam Ecclesiæ Catholicæ communis sententia habeatur.

Similem, imò & maiorem infestationem scripta magni Gregorij Pontificis maximi passa fuere. Etenim, vt referunt S. Antoninus 2. parte historiae, cap. 3. titulo 12. §. 30. & Ioannes Diaconus libr. 4. suæ vitæ plures post Sancti Pontific. mortem ad comburendos libros ipsius ceperunt in Romana Ciuitate pariter anhelare, cumque aliquos iam combussissent, reliquos omnes proculdubio exurerent, nisi Petrus Diaconus Gregorij familiarissimus vehementer obstitisset clamans se super ipsius caput, dum scriberet, Spiritum Sanctum in similitudine columbæ frequentissimè perspexisse. Vnde ex illa tam acri persecutione non solum obscurati, aut in minori veneratione habiti prædicti libri remanserunt, sed potius æternum adquisiuere splendorem, ac tanquam in gens thesaurum summo honore, ac reuerentia in Ecclesia custoditi sunt.

Quid etiam de Angelici Doctores D. Thomæ libris dicemus? Etenim (vt refert Magist. Fr. Ferdinandus del Castillo Centuria. 1. historiae ordinis Prædicatorum lib. 3. cap. 31.) statim post S. Doctores obitum in ipsamet vniuersitate Parisiensi, vbi ille floruerat, quam plurimi Theologi insurrexerunt auctoritatisque doctrinæ illius inuidentes multas eius propositiones erroris nota damnauerunt, quæ persecutio eo vsq; progressa fuit, vt Parisiensis Episcopus sententiam excommunicationis contra defensores prædictarum propositionum D. Thomæ protulerit.

Sed quid inde sequutum fuit? sane post modicum tempus fracti sunt fluctus isti, doctrinaque D. Thomæ, occasione ex inde desumpta, non solum ab omni calumnia libera, sed summopere illustrata remansit. Nam anno Domini 1325. Stephanus Parisiensis Episcopus, simul cum omnibus Doctores Theologiæ Ecclesiæ, & Vniuersitatis, qui numero erant 72. habita longa consultatione de prædictis propositionibus, & magno studio examinatis, easdem quas alij, tanquam erroneas ante damnauerat, non solum catholicas esse iudicauerunt, sed vniuersam S. Doctores doctrinam summis laudibus celebrarunt & (quod caput est) plures Summi Pontifices videlicet Innocentius VI. in quodam sermone de laudibus S. Thomæ, qui incipit: *Et ecce plus quàm Salomon hic*, Ioannes XXII. qui Beatum Thomam Catalogo Sanctorum adscripsit. Clemens VI. in quadam Bulla, edita die quinta Februarij, Pontificatus sui anno secundo, Urbanus VI. in Bulla ad Archiepiscopum, & Doctores Vniuersitatis Tolosanae, Pius V. qui Doctorem Ecclesiæ quintum S. Thomam designauit in quadam Bulla edita Romæ die 11. Aprilis, anno 1576. ac tandem Clemens VIII. in Bulla speciali, qua Ciuitati Neapolitanæ sanctum Thomam in patronum, & protectorem concessit vniuersam Angelici Præceptoris doctrinam, non solum tanquam catholicam, & ab omni erroris labe immunem approbant, omnesque eius impugnatores

B.
Joanni
à Cruce

Opera
mystica
NVI
129

tanquam de veritate suspectos damnant, sed etiam a deo laudibus eam extollunt, & celebrant, omnibusque suscipiendam ac venerandam proponunt, & commendant, ut ad vniuersalem Ecclesiam illuminandam, eam à Deo datam, fuisse, singulosque ipsius articulos totidem esse miracula affirmant.

6. *Iam verò (ut ad rem nostram proximius accedamus) si insigniores libros, qui de vitæ internæ, & contemplatiuæ studijs, de mentis vnione cum Deo, alijsque huiusmodi minimè vulgaribus, & raris exercitijs mysticis sublimiter agunt, mente recolamus, inuenimus sanè eorum plures plurium quoque etiam piorum contradictiones, strictioresque censuras ad tempus passos fuisse: ex quo tamen libri illi eorum veritate, doctrinæque sublimitate attentè perpensa, & perspecta non obscuritatem aliquam, aut sinistram suspensionem, sed maiorem splendorem, auctoritatemque apud omnes obtinere: Quod in spiritualibus operibus celeberrimi illius contemplatoris Doctoris Ioannis Rusbrochij, quæ ab omnibus in summo honore, & veneratione habentur, cernere licet.*

Nam (ut in epistola nuncupatoria, quæ in principio operum ipsius apponitur, & in præfatione Laurentij Suriij, quæ ibidem habetur, refertur) aliqua eius opera, specialiter vero librum de Nuptijs spiritualibus, tanquam de errore suspectum ab aliqui rejiciendum putarunt, eo quod ea tempestate, qua ipse floruit, erant impudentissimi, ac amentissimi quidam hæretici, qui Liberorum spirituum nomine tunc vocabantur, quorum opiniones quædam cum huius sanctissimi viri, imò & cum quibusdam ipsius Christi sententijs nonnihil consentire videbantur, quod profusus idem in casu, de quo loquimur, propter hæreticos, qui Illuminati dicuntur, contigit. Inter reprehensores autem doctrinæ prædicti Rusbrochij primum tenuit locum præclarus ille Theologus Doctor Ioannes Gerson, de quo Surius loco citato sic loquitur: *Salutem Gersonis reuerentia, quem & nos ita, ut decet, ob eius integritatem ex animo veneramus, tametsi peritus, & probe exercitatus fuit Theologus scholasticus, sed in mystica Theologia cognitus, ac experientia prorsus nihil habet ad Rusbrochium; quem licet doleamus ab eo nonnihil reprehensum, tamen quia ignorans in virum sanctum incurrit, nolimus acerbius in illum inuicti, certi videlicet, quod si Rusbrochij nostri vitam perspectam habuisset, summis eum laudibus celebrasset.* Hæc Surius de Gersono reprehendente doctrinam Rusbrochij; hæc nos etiam de reprehensoribus (si aliqui essent) doctrinæ mystici Doctoris nostri IOANNIS non immerito dicere possumus.

7. *Simile quid in spiritualibus operibus Venerabilis Patris, & clarissimi Theologi Doctoris Ioannis Thauleri, quæ magna apud omnes veneratione habentur, contigisse testatur Ludouicus Blosius in Apologia, quam pro eius defensione scripsit his verbis: Cum intellexissem plerosque à lectione librorum Doct. Ioannis Thauleri detereri verbo Ioannis Eckij, opera pretium esse duxi paucis ea refellere, quæ in ipsum Thaulerum minus considerate scribit Eckius. Hic enim disputans aduersus Martinum Lutherum Hæreticam recto libro de Purgatorio Thaulerum appellat Somniatorem, eumque hæresos insimulare videtur, nihil tamen adducit quo comprobet illum esse hæreticum. Qui si diligenter legisset eius lucubraciones, longe aliter de eo sensisset. Nam Thaulerus Catholica fidei cultor integerrimus est, ea, quæ scripsit sana, & plane diuina sunt, ut cognoscere possunt omnes, qui in illis sunt versati, sed*

Eckius ardore Ecclesie succensus indignè tulit, quod Lutherus magnificè laudaret Thaulerum, & sententijs eius sua praua dogmata confirmare niteretur. Quid verò mirum, si miser, & infelix ille suos errores dictis Thauleri à se perperam allegatis tueri tentauerit; cum non solum Sanctorum Patrum, verum ipsius quoque sacra, & diuina Scriptura verbis impudentissimè ad suam haresim stabilendam abutatur? Si doctrina Thauleri adherere voluisset, profecto hereticus nunquam fuisset: nam ex vniuersi Thauleri scriptis hareses, quæ hisce temporibus emerferunt, plenissimè confutari possunt, &c. Hæc Bloius, qui tandem, postquam Thaulerum ab iniuria egregie vindicauit, sic concludit: Ipse itaque Thaulerus non acerbè in odium adducendus, sed vt eximius, orthodoxusque Theologus, ac singularis Dei amicus commendandus est. Eckius, non putans se falli, dicit: Vtinam Thaulerus prorsus lateret, & non inuolaret in monasteria: Ego verò in nomine Domini dico: Vtinam Thaulerus vbique gentium cognitus, & in omnia monasteria receptus esset, atque à quam pluribus diligentissimè legeretur. Verum Eckius licet nimis circumspectè damnauerit Thaulerum, nondum à se satis studiosè lectum, nequaquam tamen hoc malignè fecisse credendus est: sed feruens ille zelus, quo inuehebatur in Lutherum Hæresiarcham, facile illi persuasit, vt præproperè iniquam de sanctissimo viro Thaulero sententiam ferret. Huc usque Bloius: quo nihil ad propositum nostrum aptius excogitari potuit.

Sed vt plures alios huius generis libros insigni pietate referros, quique summa eam utilitate, & laude præ omnium manibus habentur, quos in huius rei comprobatione adducere possemus, prolixitatis euitandæ gratia omittamus, non possumus præterire admirabiles illos libros præclarissimæ Virginis, ac SS. Matris nostræ THERESIAE, qui toto terrarum Orbe, cum omnium admiratione summis laudibus merito celebrantur, & ad communem fidelium utilitatem ex lingua Hispana, in qua ab ipsa B. THERESIA fuerunt conscripti, diuersis idiomatibus, videlicet Latino, Italico, Gallico, Germanico, Flandrico, & Polono, adhuc ante eius canonizationem, versi fuerunt.

Horum igitur caelestium librorum doctrinam, cum primo in lucem prodire, non defuerunt, qui bono fine (vt par est credere) fideique zelo succensi acriter reprehenderent, & damnarent, plura contra illam obijciētes, imò (vt bene adnotauit doctissimus Magister P. F. Basilius Pontius Legionensis Augustinianus, primariusque Theologus Salmanticensis in erudito Defensorio, quod pro doctrina Venerabilis Parentis nostri IOANNIS scripsit) eadem prorsus, quæ modo aduersus hanc mystici Doctores nostri doctrinam obijciuntur, quibus omnibus abundantissimè, ac doctissimè satisfecit insignis ille vir Magister Frater Luifius Legionensis propter eius sapientiam, & scripta toto orbe celeberrimus in Apologia, quam pro defensione prædictæ doctrinæ THERESIAE nostræ edidit, vtilitè ostendit illam non solum ab omni erroris suspitione immunè, sed etiã diuinitus inspiratã, ac planè admirabilem, & celestem esse, idemque iudicauerunt plures alij grauissimi, ac sapientissimi viri, quibus iudicium de eius libris commissum fuit, vel qui propriam de illis sententiam, post attentam eorum lectionem, & discussionem protulerunt, ex quibus octoginta quinque testes omni exceptione maiores iuridicè deponentes referunt sapientissimi illi, & Reuerendissimi Sacrae Rotæ Auditores in secundâ relatione typis iam mandata, quam pro solemnî huius præclaræ Virginis canonizatione Pontifici maximo Paulo V. post longam discussionem, ac maturam deliberationem fecerunt, in articulo secundo prædictæ relationis §. 2. pagina 149. cernere licet. Quæ etiam doctrinæ excellentia

ex rei exitu, longaque experientia, & vberimis fructibus, quos innumeri ex ea percepunt, quotidieque percipiunt, satis superque comprobata est: imò (vt recte citatus Magister Luisius Legionensis adnotauit) nullus vnquam ex huius doctrinae lectione illulus, aut deceptionem aliquam passus inuentus est, quin potius omnes ex ea in Dei amorem vehementer accenduntur, & in Perfectionis via, orationisque, & contemplationis exercitijs mirifice instruuntur.

Ex quo factum est, vt eò auctoritatis doctrina hæc Sanctæ Matris nostræ THERESIAE iam peruenerit, quò amplius nullam aliam (excepta canonica) peruenisse sciamus, imò nec peruenire posse videatur, siquidem non semel, aut iterum, sed saepius ab Apostolica Sede veluti canonizata fuit, dum Summi Pontifices Paulus V. Gregorius XV. felicitis recordationis, & Sanctissimus Dominus noster Urbanus VIII. in oratione, quam pro eius Officio approbarunt, præclara illa verba, *Celsa eius doctrina* apponi iusserunt: quam etiam orationem simul cum eius speciali officio Sacra Rituum Congregatio approbavit.

Hanc quoque doctrinae excellentiam, & sublimitatem considerantes Reuerendissimi Sacrae Rotæ auditores in secunda relatione iam citata art. 2. §. 1. pagin. 78. sic loquuntur: *Quartum argumentum sanctitatis B. THERESIAE elicitur ex libro spiritualibus, & plane diuinis quos, & Confessorum suorum iussu, & ex illis aliquos particulari Christi reuelatione conscriptos reliquit, qui præ manibus habentur, quibus per lectis clarissimi omnium ordinum Theologi Beate Theresie sapientiam admirantur, & facilem mysticarum passionum explanationem ad eò obstupefcunt, vt rarum genus sapientie eius videatur, quod de mystica Theologia Patres obscure, ac sparsim tradiderunt, à Virgine vna in methodum tam perspicue, atque concinne fuisse redactum: meritoque illam quasi spiritualis doctrinae Magistræ Ecclesiæ à Deo datam prædicant, conuicti scilicet experientia diuina lucis, & piorum affectuum, quos ex illius libro hauriunt, testanturque communiter doctrinam horum librorum non esse hominis, nec minus mulieris literarum ignara, sed Dei, & (vt aliqui subdunt) non adquisitam, sed infusam, & à Spiritu Sancto dictatam, maximaque vtilitatis fuisse, & esse, mirisque effectuum eorum Lectione in Ecclesiâ Dei consequutos esse, & in dies consequi. Et paucis interpositis subiungunt, Cum igitur Deus misericors B. THERESIAM Ecclesiæ illuminanda, & pietati augendo destinauerit, omnino sentiendum videtur Deum ipsum qua solet sui communicatione, & illam prius excellenter illuminasse, & sanctitate insigni condecorasse. Sed ne huiusmodi encomia quasi hyperbolicè dicta ab aliquo temere habeantur, tria in eis perpendenda sunt, scilicet grauitas materiae, auctoritas loquentium, & dignitas audientis. Primum quidem est Sanctorum canonizatio pertinens ad res Fidei, quæ inter grauiora quæque grauius est. Secundum verò est oratio sapientissimorum iudicum Romanæ Rotæ per multorum testium depositiones iuridice exceptas vera colligentium. Tertium autem ipsummet supremum Ecclesiæ caput diffinitionem super hoc daturum. Sanè hæc tria nullatenus hyperbolica patiuntur verba, sed veritatem nudam exigunt.*

Quibus tandem accedit testimonium aliud omni exceptione maius, Summi scilicet Pontificis Gregorij XV. in Bulla canonizationis Sanctæ THERESIAE vbi numer. 3. sic loquitur: *Quam Dominus ad tantum opus per agendum abundanter impleuit spiritu sapientia, & intellectu, & postea numer. 20. sic subiungit: Adimpleuit eam*

B.
Joanni.
à Cruce

Opera
mystica
NVT
129

ffritu intelligentia, vt non solum bonorum operum in Ecclesia Dei exempla relinqueret, sed illam
 cœlestis sapientia imbribus irrigaret, editis de mystica Theologia, alijsq; etiam multa pietate refer-
 tis libellis, ex quibus fidelium mentes vberè imos fructus percipiunt, & ad superne patriæ deside-
 rium maximè excitantur, &c. Hæc Summus Pontifex in THERESIÆ nostræ doctri-
 næ commendationem & laudem, ex quo, & ex hinc vsque dictis maxima eius aucto-
 ritas satis superque demonstratur.

Hæc autem omnia sic aliquantulum latiùs commemorauimus propter duo: pri-
 mo scilicet, vt appareat, multoties libros, quantumuis insigni pietate, & præclara do-
 ctrina refertos, aliquorum etiam piorum, & doctorum offensionem, districtiorem-
 que censuram ad tempus pati, ex qua tamen, postquam talis doctrina ab exercitatis,
 & sapientioribus viris sincero animo attentius legitur, maturiusq; perpenditur, non
 obfcurata, aut aliquo modo suspecta, sed multo magis illustrata manet. Vnde id et-
 iam in his Venerabilis Parentis nostri libris, quos omnino veram, & catholicam, imò
 & valde præclaram, ac sublimem in Theologia mystica doctrinam diuinitus inspi-
 ratam vndique continere non possumus dubitare, euenturum meritò speramus,
 imò & iam euenisse gaudemus; siquidem doctrina hæc à pluribus grauissimis, ac
 sapientissimis viris iam approbata, & eximie laudata est, vt sequenti capite osten-
 demus.

Deinde alia etiam de causâ summam librorum THERESIÆ nostræ auctoritatem
 sic stabilimus, vt cum in progressu huius operis sæpè doctrinam illius in confirma-
 tionem huius, quam defendendam, & explicandam suscepimus adduxerimus, ma-
 nifeste ostendentes propositiones omnes in Doctore nostro mystico ab aliquibus a-
 nimaduersas, in Sanctæ THERESIÆ libris expresse contineri, eandemque pro-
 fus doctrinam, vt pote ab eodem cœlesti Magistro acceptam, vtrumque Pa-
 rentem nostrum, scilicet THERESIAM, & IOANNEM docuisse, statim
 etiam quanta sit doctrinæ IOANNIS nostri securitas, sublimitas, & auctoritas
 demonstratum maneat: quia reuera, dùm THERESIÆ doctrina formaliter
 in se ipsa (vt scholastico loquamur more) adeò insigniter à tot, tantisque viris, imò
 & à Summis Pontificibus approbata, laudata, & commendata fuit, doctrina quo-
 que Venerabilis nostri IOANNIS, vt pote omnino eadem, eandem quoque appro-
 bationem, laudem, & commendationem in illa virtualiter obtinuit. Vnde illud pro-
 certo statuendum est (quod rectè adnotauit sapientissimus Magister Frater Basilius
 Pontius Legionensis, in Defensorio supra citato n. 3. & 6.) neminem posse aduersus
 IOANNIS nostri doctrinam insurgere, quin, eo ipso, aduersus THERESIÆ quoque
 insurgat doctrinam; omnem suspensionem, quæ de illa habeatur, de hac quoque ha-
 beri, omniaque proinde tela, quæ aduersus illam obijciantur, aduersus
 hanc etiam contorqueri. Sed hoc iam ad sequentis

Capitis argumentum spectat.

(* * *)

CAPVT

B.
Ioannis
à Cruce

Opera
mystica
NVI
128

CAPVT II.

SECVRITAS, VTILITAS, INSIGNIS-
que auctoritas, & excellentia doctrina Venerabilis Pa-
rentis nostri IOANNIS A CRUCE ex multiplici ca-
pite demonstratur.

1. QVONIAM pius legentium erga doctrinam aliquam affectus (vnde eius debita intelligentia multoties non parum peridet) ex præclara, quam de Auctore, eiusque doctrina opinionem semel animum susceperunt, multum adiuuatur, qua opinione semel imbuta facile quæuis circa talem doctrinam suspicio, aut scripturæ reijcitur, & ad inuestigandam latentem in illa veritatem animus applicatur, ideo initio huius operis aliqua de venerabilis Parentis nostri IOANNIS doctrinæ securitate eximia vtilitate, insignique auctoritate, & excellentia prænotanda duximus, quam ex multiplici capite aliquatenus inuestigare possumus.

2. Primo quidem ex plurium grauissimorum virorum pietate, sapientia, dignitate, ac religione illustrii testimonio, qui attento, ac sincero animo libros hos perlegerunt, eisque perfectis nihil in illis nisi pium, nihil nisi salutare, nihil nisi sublime, ac celeste se inuenisse, omnesque eius sententias diuinum quiddam spirare, nec tam humano studio, vel ingenio, quam diuino spiritu, & illustratione quidquid illis reperitur conscriptum fuisse proclamant: pluraque in his libris obstupescunt, tum mirabilem quandam, raram, reconditam, sublimem, ac valde genuinam Sacre Scripturæ testimoniorum, quæ in propria sententiæ confirmationem frequenter mysticus noster Doctor adducit, explicationem Catholicæ veritati, antiquorum Patrum doctrinæ, ac Theologiæ Sacræ in omnibus mirifice consonam: Tum etiam insignem docendi methodum, modumque in rebus summè difficilibus, & à communi cognitione remotis explicandis, ad eò facilem, ac suauem, vt quamuis internam quandam, ac valde rigidam mortificationem, abnegationemque, tam internam, quam externam, ac veluti propriam exinanitionem, & annihilationem semper edoceat, tam abnegationem hanc, ad eò suauiter simul, & efficaciter persuadeat, vt ad eius exercitium statim legentis animum bene dispositum vehementer allicat spiritualis viæ difficultates frequenter occurrentes clarissimè expediat, obscurissimis rebus singularem lucem conferat, pericula omnia diligentissimè præcaueat, ad eximiam perfectionem, mentisq; cum Deo intimam vñionem perungendi commodissima, ac maxime compendiaria, & secunda demonstret itinera, deceptionibus, & illusionibus, quibus orationis, & contemplationis exercitia propter hominum vitium, ac demonum malitiam immisceri solent, aditum mirabiliter præcludat, ac tandem modum quem in his omnibus, tam spirituales Magistri, quam Discipuli seruare debeant, dilucidè ac mira dexteritate ostendat. Obstupescunt deniq; miram horum librorum vim ad mentem in vñionem

PARS PRIMA, CAPVT II.

ritum omnium exercitijs, ac in Dei amore inflammandum. Experiuntur namque ignitos quosdam aculeos, quos in lectoris animo altius infixos hi libri relinquunt, per quos legentis cor compunctione, deuotione, ac pietate mirabiliter mollificatur, & accenditur: Quod experimentum multi ex prædictis grauissimis uiris in semetip-sis agnouisse affirmant.

Vnde doctrinam hanc non solum tanquam veram, sanam, catholicam, vtilem, se-
 curam, optimæque Theologiæ, ac Sanctorum Patrum testimonijs omnino conso-
 nam approbant, illamque illustribus encomijs extollunt, sed (quod magis est) plures
 diuinitus infusam, & à Deo Optimo Maximo sublimiter edoctam media oratione
 continua conuersationeque ad eum familiari, quam venerabilis noster IOANNES cum
 Deo habebat, merito iudicant, & reputant, sublimemque hunc Doctorem mysti-
 cum, speciali Dei prouidentia, ad magnam Ecclesiæ vtilitatem, tanquam excellen-
 tissimum Magistrum, qui cum diuino illo Dionysio Areopagita non immerito com-
 parari possit, datum fuisse asserunt.

Multos sanè grauissimos, ac sapientissimos ex omni statu viros, ita sublimiter (vt
 modo retulimus) de doctrina venerabilis nostri IOANNIS sentientes recensere si-
 gillatim possemus, qui in processibus Remissorialibus pro IOANNIS nostri Beati-
 ficatione, & Canonizatione (quam indies expectamus) iam factis, & ad Romanam
 Curiam missis iuridicè de his omnibus deposuerunt, aliosque etiam, quibus à supre-
 mo Senatu Regio, locorumque Ordinarijs iudicium de his libris, cum sapius prælo
 mandati fuerunt, commissum fuit, sed vt breuitati consulamus, fere omnes illos o-
 mitemus, lectorem remittentes ad nouissimam quandam, & optimam Introdu-
 ctionem (cuius auctor est P. Frater Hieronymus à sancto Iosepho, nostræ sacræ Re-
 ligionis eruditus Historiographus) positam in principio librorum mystici nostri Do-
 ctoris, in vltima impressione facta, & nouiter aucta, Matrivi, hoc anno 1630. in qua
 Introductione plures grauissimi, & sapientissimi viri ex omni Religione, & statu, &
 inter eos celeberrima Complutensis Academia, & duo illustrissimi Sanctæ Romane
 Ecclesiæ Cardinales, relationem de his libris in Sacra Rituum Congregatione faci-
 tes nominatim cum suis approbationibus, & censuris, quas de prædictis fecerunt re-
 feruntur, in quorum testimonijs ea omnia, quæ in laudem doctrinæ mystici nostri
 Doctoris nuper diximus, facile poterit lector inspicere, qua etiam de causa ab eis si-
 gillatim referendis modò abstinemus.

Cæterum non possumus præterire sapientissimum illum Magistrum in Salmanti-
 censi Academia Theologum primarium, Fratrem Basilium Pontium Legionensem,
 Augustinianum, propter eius eximiam, & multiplicem sapientiam, ac doctrinam,
 egregiaque scripta, toto orbe celeberrimū, cuius testimonium non solū hac de causa, sed
 etiam, quia ad horum librorum lectionem, studium diligentissimè omnium adhi-
 buit, eorumque doctrinam exactissimè examinavit, pluris faciendum est. Hic igitur
 insignis vir, cum illi ab illustrissimo rerum fidei supremo Præsidi huius doctrinæ exa-
 men, & censura commissa fuissent, eamque simul cum obiectionibus, quæ aduersus
 illam proponebantur, ex professo, maturoque consilio, ac studio (vt rei gratias po-
 stulabat) perpensisset, non satis illi visum fuit eam quomodocumque approbare, sed
 pro ea eruditissimum Defensorium conscripsit, illustrissimoque fidei supremo Præsidi
 præsen-

B.
Joanni
à Cruce

Opera
mystica

NVI
128

praesentavit. Quo viso de praedictis obiectionibus amplius curatum non fuit, sed tota horum librorum doctrina in sua debita autoritate, & veneratione, imò potius multo magis illustrata remansit.

In praedicto autem Defensorio sapissimè multa encomia in nostri IOANNIS doctrinae laudem praedictus sapientissimus Magister profert, quae longum esset recensere: vnde eis omittis verba quaedam, quae in fine praedicti Defensorij n. 43. subiunxit dumtaxat adducemus, quae sunt haec: *Iste auctor doctissimè pertractat materiam abnegationis sui ipsius, in ordine ad istud genus contemplationis & unionis: & quamvis alij Aucthores scripserint de externa abnegatione, at nullus de interna, vt fuit B. Pater, nec certioribus documentis. Et quod ad illud punctum attinet, euitandi deceptiones in reuelationibus, circa quod tempore desudant Viri & Magistri spirituales: nullus sane liber hactenus in lucem prodijt, qui cum isto aequiparari possit, vt experientia constabit, legenti secundum & tertium librum prime partis, cum autem ista duo puncta sint ad eò seu necessaria in materia spiritus, & hic Auctor hanc tam exactè pertractet, vt hoc in genere cunctos in Hispania excellat: nescio qui dubitari possit de utilitate horum librorum &c. Quod sanè tanti viri iudicium, quamuis caetera omnia deessent, ad conciliandam his libris summam auctoritatem proculdubio sufficeret.*

6. Sed non in Hispania solùm, communem, quam diximus approbationem, & laudem mystici nostri Doctoris doctrina promeruit, sed apud alias etiam nationes summa iam in veneratione habetur, adeò vt ex Hispanica lingua, in qua eius libri ab ipso conscripti fuere, iam in alia idiomata (sicuti de THERESIA nostrae libris diximus) transferri cœperint. Vnde Italica iam lingua translata circumferuntur, eorumque translatio in Romana curia cum approbatione Reuerendissimi Magistri sacri Palatij Apostolici, & auctoritate, ac expensis illustrissimi Cardinalis Roberti Vboldini typis madata fuit, summoq; applausu, & laudè in Romana illa Curia à tot grauissimis & sapientissimis eius viris suscepta fuit. In Hispania vero in diuersis ipsius Regnis plures ipsorum impressiones multiplicatae, & consumptae sunt propter ardens desiderium, quo libri isti à viris pijs, & doctis magis, & magis in dies experuntur.

7. Praeter hoc autem argumentum ex tot, tantorumque virorum insigni testimonio desumptum, aliundè etiam horum librorum excellentiam, & auctoritatem pollicemur non parum efficaciter demonstrare, & praecipuè ex huius praecleari viri extrema vitae sanctitate, quae in ore omnium versatur, quamque ad vltimas orbis terrarum partes iam fama diuulgauit, cuiusque solemnem declarationem ab Apostolica Sede iam indies expectamus propter vltimos processus Remissoriales heroicis virtutibus, & praeclearis miraculis iuridicè probatis refertos, qui iam pro huius venerabilis viri solempni beatificatione, & canonizatione ad Romanam Curiam sunt transmissi. Etenim quamuis aliquando contingat prauos mores cum sana doctus, vel scribentis doctrina coniungi, nunquam tamen cum optimis moribus, viraeque sanctitate malitiosa doctrina sociatur, nec sociari potest. Vnde de viro iusto proculdubio Regius psaltes Psalm. 36. num. 30. *Os iusti meditabitur sapientiam, & lingua eius loquitur iudicium.* Cuius rationem statim subiungens ait: *Lex Dei eius in corde ipsius, idèo namque os iusti sapientiam meditatatur, eiusq; lingua iudicium, id est omnia recto iudicio loquitur, quia (verba sunt Origenis to. 2. hom. 7. in hunc Psalmum) lex velut radix quaedam in profundo cordis posita germinat verba iustitia, verba sanctitatis, qua profert iustus de iustis.*

de suo, quod etiam optima similitudine explicuit D. Hieronymus in epistola ad Principiam exponens verba illa Psalm. 44. *Eructauit cor meum verbum bonum*, sic enim habet, *Ructus proprie dicitur digestio cibi, & concoctarum escarum in ventrem efflatio, quo modo enim iuxta ciborum qualitatem de stomacho ructus erumpit, & boni, vel mali odoris status indicium est, ita interioris hominis cogitationes verba proferunt, & ex abundantia cordis loquuntur: iustus comedens replet animam suam: cumque sacris doctrinis fuerit satiatus, de boni cordis thesauro profert ea quae bona sunt, &c.* Idque tunc, vel maximè verificatur quando docens, aut scribens simul cum vitæ sanctitate supernaturali luce sibi diuinitus infusa fruatur, quod in venerabili Parente nostro contigisse iam ostendere pergimus.

Hinc igitur præcipuum aliud ad eiusdem doctrinæ auctoritatem, & excellentiam demonstrandam desumitur argumentum, quia scilicet eam non humano, sed diuino spiritu, ac superna reuelatione docuisse, & scripsisse plusquam verosimile est. Etenim insignem hunc virum ad munus mystici Doctoris sublimiter exercendum supernaturali, & infuso lumine abundantissimè à Deo illustratum fuisse plura, quæ in ipsius vitæ Historia referuntur, & in processibus iam citatis pro eius canonizatione factis, iuridicè comprobata sunt, manifeste ostendunt. Ex multorum namque testimonio omni exceptione maiorum iuridica depositione, & ex communi fama multis experientijs comprobata, constat, illum rerum naturaliter occultarum, quæque (vt cum D. Thoma 1. part. quæst. 57. ar. 1. & 4. & 2. 2. q. 171. art. 3. & q. 172. art. 1. docent omnes Theologi) non nisi ex speciali, ac supernaturali Dei illustratione, ac reuelatione cognosci possunt, cuiusmodi sunt intimæ cogitationes cordium, & futura contingentia omnino certam, & expressam notitiam ad suorum subditorum, & aliorum plurimum mores instruendos frequenter habuisse. Illudque etiam ex plurimum testimonio iuridicè comprobatum est, multoties dum de rebus spiritualibus loqueretur, cœlestem quandam splendorem præfulgentissimosque radios, qui inspicientium animos in maximam rapiebant admirationem, & ad tanti viri summam reuerentiam, & venerationem prouocabant ex eius facie dimanantes conspici, qui quidem externus splendor ex interni splendoris, ac luminis, quo eius mens à Deo supernaturaliter illustrabatur, abundantia, & ex consortio sermonis Domini, tanquã in altero Moysè per redundantiam quandam proculdubio dimanabat, idq; apud omnes illi inspicientes, & audientes tanquam certum omnino persuasum erat, ideoq; linguã eius non tanquam hominis instrumentum, sed tanquam stylum, & calamum Spiritus S. contemplantur, quod etiam mira quædam, & occulta ad virtutem, & perfectionem efficacissimè suadendam, mentesque ad Deum eleuandas vis, quam in eius verbis, & doctrina experiebantur, feruensq; diuini amoris ardor, quo eorum omnium corda, dum eum audirent, succendebantur, non leuiter comprobabat.

Hanc cœlestem, & diuinam sapientiam, quam ex supernaturali Dei illustratione ad animarum vtilitatem venerabilis noster IOANNES acceperat, optimè nouerat illustris illa virgo, & Mater nostra Sancta THERESIA, & ideo tanquam sublimem magistrum (qui simul, & ipsius THERESIAE discipulus erat) eum suspiciebat, eiusque doctrinam in summa veneratione habebat propter vberissimos fructus, quos, longa comprobante experientia, ex eius colloquijs perceperat ipsa, plusq; alias per-

B.
Joanni:
à Cruce

Opera
mystica
NVI
128

fonas percepisse nouerat, ideoque quoties eius communicatione frui poterat, difficultates omnes, ac dubia, quae in spiritualibus exercitijs, perfectionisq; studio sibi occurrerant, ipsi proponebat, eiusque responsionem tanquam à diuino quodam oraculo datam reuerenter expectabat, idemque suas omnes Moniales facere, tantique Magistri doctrina imbui, & edoceri, eiusque ductum sequi summopere desiderabat.

19.

In cuius rei confirmationem (multis alijs probationibus, & exemplis omiſſis) vnicum dumtaxat referemus. Etenim cum Prioriſſa Monasterij de Beas, nomine Anna à Iesu in epistola quadam sanctae matris nostrae THERESIAE scripta conquireretur de inopia spiritualium magistrorum, quam in illo loco, ubi Religiosorum nostri Ordinis Conuentus non erat, Moniales patiebantur, cumq; ipsa sancta THERESIA nouisset Venerabilem nostram IOANNEM aliquando ex Caluarij Conuentu finitimo, ubi Praelati munus exercebat, ad praedictum Monasterium illarum Monialium, pro earum spirituali instructione accedere, sic praedictae Prioriſſae respondit: *Querela tua, Filia, mihi profus visa est friuola & superflua, cum ibidem habeas meum Patrem Fratrem Ioannem à Cruce, virum plane caelestem & diuinum: qui postquam ad illas transiit partes, in toto Castellae Regno non reperiri illi similem, nec qui taliter incendat animas iter caeleste capessentes; Non credes quãtã solitudinem experiar ob illius absentiam. Bene aduertite magnum vobis habere thesaurum in isto sancto: noueritis prout oportet ipsum asinare; agant, & tractent omnes ipsius Conuentus Moniales negotia animae suae cum ipso, & experientur quantum ex eius alloquio proficiant, & quam multum in spiritu & perfectione procedant, Dominus enim ad hoc singularem illi contulit gratiam.*

Sic de IOANNIS nostri doctrina, & sanctitate non hac vice tantum, sed multoties, cum se se offerebat occasio, sentiebat, & loquebatur THERESIA nostra, in cuius verbis modo relatis illud, inter alia, valde obtinendum est, quod scilicet, cum praelara haec virgo in conquirendis vbiq; spiritualibus, ac eruditissimis magistris adeo sollicita fuerit, eaque de causa insigniores plurimum ordinum Theologos, eximiaque sapientia, pietate, & doctrina celeberrimos viros in praecipuis totius Castellae ciuitatibus, ac Vniuersitatibus consulere (vt omnes eius vitae Historiographi late referunt, & perpendunt) tamen asserat se in vniuersa Castella nullum tam egregium in via spirituali Magistrum, sicuti Venerabilem nostrum IOANNEM inuenisse, ideoque ex eius communicationis defectu se magnam solitudinem pati: Sanè rara, & planè mirabilis IOANNIS nostri doctrinae excellentia, & sublimitas vel ex hoc solo testimonio manifestissime demonstrata manet:

20.

Tandem aliq; praecipuo argumento, ex munere scilicet, ad quod Venerabilis parens noster à DEO fuit assumptus, deducto, ea, quae in hoc capite circa doctrinae ipsius excellentiam diximus, maximè confirmantur. Assumptus namque fuit inter viros primus ad hoc, vt praeclarum illud opus erigendi Carmelitanae Religionis, illustrem Reformationem toto ferè terrarum Orbe, iam nunc copiosissime dilataram ad ingentem Ecclesiae vtilitatem animarumque salutem Fundatricis nostrae THERESIAE hortatu, ductu, & imita-

imitatione inchoaret, multisque laboribus ad fœlicem exitum, finemque perduceret. Cum igitur tot tantorumque filiorum, quos in spiritali perfectionis via exemplo, verbo, & scripto edoceret, primus parens à DEO electus fuerit, dubitari non posse videtur, DEVM Optimum Maximum, iuxta suauem, & consuetum suæ prouidentia ordinem magna non solum sanctitatis, sed etiam diuinæ lucis, supernique spiritus abundantia illius mentem, & cor illustrasse, vt eius luce, ac doctrina tam illustris, & numerosa posteritas illustrari, edoceri, ac de eius spiritu possit participare.

Hac enim ratione, cum Moysen Israëlitici populi ductorem DEVS constituisset, tanta diuini spiritus plenitudine illum repleuit, vt de eius spiritu auferre, alijsque pro debito illius populi regimine tradere possit, vt in Numerorum libro capite vndecimo facta narrat historia; quo denotatum fuit superiores, qui alicuius populi, vel familiae ductores, & Doctores à DEO eliguntur, magnam diuini spiritus, ac lucis abundantiam ab ipso DEO accipere, vt inde, ad ceteros possit deriuari, vt rectè adnotauit Hugo Victorinus libro quarto super Diuini Dionysij librum de cœlesti Hierarchia capite tertio his verbis. *Superiores, & sublimes, & ipsi appropinquantes diuinitati immediate ab ipsa accipientes, & purgationem, vt sint mundi, & illuminationem, vt sint clari, & perfectionem, vt sint sancti, & ab illis rursum secundum ordinem diuinæ dispositionis hi, qui sequuntur, & in ordine sunt subiecti, & purgantur, & illuminantur, & persistunt, &c.* Hactenus Hugo Victorinus contentanè ad illud Psalmi septuagesimi primi. *Suscipiant montes pacem populo, & colles iustitiam.* Quia plerumque superioribus, & Magistris multa bona à DEO conferuntur, vt per illos, & ex illis ad alios deriuentur: quod in præclaro hoc viro tam numerosæ familiae, ac posteritatis Parente, ac spiritali ductore, & Doctore contigisse suauis diuinæ prouidentia dispositio dubitari non permittit, ideoque omnem eius doctrinam, tanquam à DEO ad plurimum instructionem, & vtilitatem illi speciali illustratione datam venerari debemus.

Quod adhuc magis confirmatur ex eo, quod iam tetigimus, scilicet Venerabilem hunc Parentem nostrum in adiutorium, ac societatem Sanctæ matris nostræ THERESIAE ad prædictum opus electum à DEO fuisse: ex THERESIAE namque consortio, societate, ac spiritalibus colloquijs non solum insignia virtutum exempla, pluresque pro sua informanda Familia salutare instructiones, sed etiam in Orationis, & Perfectionis via, quam ipsa THERESIA longa experientia, Deique speciali illustratione perfectissime nouerat, spiritalia accepit documenta, ac tanta Matris spiritalis doctrina lacte nutritus fuit. Vnde hanc eandem doctrinam IOANNES noster semper crucebatur, adeoque inter sese vtriusque doctrina cohæret, vt propositiones omnes, quæ in IOANNIS nostri libris notatae sunt, in S. THERESIAE libris expressè etiam habeantur, vt in progressu harum observationum ostendemus. Cum autem doctrina THERESIAE, tam insignem, & vniuersalem non

B.
Joannis
à Cruce

Opera
Mystica
NVI
128

solum ab omnibus pijs, & doctis viris, sed etiam à Summis Pontificibus approbationem, & laudem acceperit, vt Capite præcedenti à num. 8. satis demonstrauius, hac eadem approbatione, & laude doctrina IOANNIS nostri stabilita, ac illustrata manet, & ideo eadem securitate, ac æstimatione vtraque amplectenda, ac veneranda est, quia reuera nulla de vna suspicio potest haberi, quin de alia pariter habeatur, vt in fine etiam præcedentis Capituli iam adnotauimus.

CAPVT III.

PRIMÆ OBIECTIONI, QUÆ AD-
uersus venerabilis Parentis nostri IOANNIS do-
ctrinam in communi fit, occur-
ritur.

1. POSTQVAM præcedenti cap. venerabilis nostri IOANNIS doctrinæ utilitatem, excellentiam, insignemque auctoritatem in communi demonstrauius, rectus procedendi ordo postulat, vt statim etiam, antequam ad singulas propositiones in particulari elucidandas accedamus, ea, quæ in communi aduersus eam obijci possunt, proponamus, & diluamus, quod in hoc, & sequentibus capitulis prætabimus.

Prima igitur obiectio desumitur ab inconuenienti, quia scilicet propositiones aliquæ in his libris contentæ similes, saltim quo ad verborum sonum, cum quibusdam hæreticorum, qui Illuminati dicuntur, propositionibus videntur, & ideo hi hæretici eas ad suos pestiferos confirmandos, vel defendendos errores adducunt, vel possunt adducere. Ex quo horum librorum doctrina suspensionem quandam videtur incurere, siquidem nisi consonantiam aliquam, cum prædictis erroribus haberet, nequaquam eorum Auctores eam in sui fauorem adducere possent: ne igitur his erroribus vis, & auctoritas superaddatur, congruum erit (inquiunt) horum librorum doctrinam prorsus relegare. Quod inconueniens ex eo magis crescere videtur, quia scilicet non solum prædictis hæreticis ad persistendum in suis erroribus, sed etiam catholicis simplicibus ad incidendum in eos ianua aperiri videtur, eoque magis, quo huius doctrinæ Auctor maiorem apud illos auctoritatem, & venerationem haberit, eo enim ipso personæ simplices, maximè verò mulieres has propositiones, quæ prauam illam hæreticorum doctrinam sapere videntur, legentes facillè in prædictos errores incident, valdeque perniciosam deceptionem patientur.

2. Sed quam debile, & vanum sit hoc argumentum, ex eo satis colligitur, quod scilicet si aliquid probaret, conuinceret vtique omnium sanctorum Patrum opera, &

& ipsam Scripturam sacram prorsus abijciendam, ac exterminandam esse. Quis enim nesciat in omnibus libris sacris, & catholicis plures propositiones reperiri, quæ si quoad sonum dumtaxat verborum, vel ab antecedentibus, & consequentibus diuulsæ sumantur, propositionibus, seu erroribus hæreticorum valde similes sunt, vt inter plures alias cernere licet in propositione illa: *Iustificati ex fide*, quam habet Paulus ad Rom. 5. num. 1. quamque etiam docent hæretici, & tamen apud Paulum verissima est, & catholica, apud hæreticos verò fallissima, & omnino erronea, eo quod eadem verba ex antecedentibus & consequentibus diuersissimum, imò & oppositum sensum apud Paulum, & apud illos sortiuntur, in solisque vocibus nudè, ac diuulsè sumptis est similitudo. Qua de causa dixit Paulus 2. ad Corinth. 3. num. 6. *Littera occidit, spiritus autem viuificat*, quia scilicet (vt Origenes lib. 6. contra Celsum, pluresq; alij interpretantur) ex superficiali, ac sensibili Scripturæ intelligentia, quæ verborum dumtaxat corticem, & sonum attendit, exitiales errores sequuntur.

Propter hanc ergo verbalem (vt sic loquamur) similitudinem, & conuenientiam cum suis erroribus, quam hæretici in libris sacris, & Ecclesiasticis frequenter inueniunt, nihil magis curant, quam vt Scripturæ sacræ, sanctorumque Patrum, & illustriū Doctorem testimonia, tanquam suorum errorum fundamenta, ac præsidia frequentissimè adducant, ac sese tali armatura muniant, vt, præter quotidianam experientiam, testatum, & expressum habemus apud Origenem tractatu 5. in Mattheum Athanasium disp. 11. & 7. contra Arianos, Chrysostomum homil. 5. contra hæreses, Hilariū lib. 2. de Trinitate, Ireneū lib. 5. contra hæreses, Augustinum tractatu 18. in Ioannem, & in Psal. 62. Epiphaniū epist. 60. & plures alios Patres, quos abunde refert Nicolaus Serarius in prolegomenis Bibliæ cap. 10. quæst. 1. Quod ad eò verum est, vt Arius insignis hæresiarcha apud Augustinum lib. 1. contra Maximinum dixerit: *Si quid de diuinis Scripturis protuleris, necesse est, vt audiamus, hæc vero voces, quæ extra Scripturam sunt, nullo casu à nobis suscipiuntur*, qua de causa referente Cardinali Ofio lib. 3. de auctoritate Scripturæ contra Brentium pagina 271. Lutherus non erubuit frequenter dictitare, *Scripturam sacram esse librum hæreticorum*, cui consonat Caluinus iniquiens: *Vulgare Proverbium circumfertur scripturam esse nasum cereum, quia conuertitur in omnes formas*. Imò Tertullianus lib. de præscriptionibus cap. 39. ad finem dixit: *Nec periclitor dicere ipsas quoque scripturas sic esse ex Dei voce dispositas, vt hæretici materiam subministrarent, cum legam: Oportet hæreses esse, quæ sine scripturis esse non possent*.

Hæc de causa ipsa Scriptura sacra appellatur Psal. 68. num. 1. & ad Rom. 11. num. 9. mensa inimicorum suorum, hoc est Iudæorum, & hæreticorum iniquè, & subdolè eam deprauantium, dum dicitur: *Fiat mensa eorum coram ipsi, et laqueum, & in retributiones, & in scandalum*. De hac enim Scripturæ mensa locum hunc interpretatur Origenes lib. 8. in epist. ad Rom. & plures alij.

Si ergo ipsis Scripturis sacris, quibus fidei nostræ veritas stabilitur, hæretici sic ad suos errores stabiliendos, & confirmandos frequenter vtuntur, quid mirum, quod etiam vtantur testimonijs alicuius libri, quantumuis omnino veram, securam, ac valde eximiam, & præclaram doctrinam contineat?

Sed nunquid propter hoc Scriptura sacra sanctorūq; PP. libri interdicerentur, sive per se habentur? Quis catholicus id concedet? Nullus sanè; imò potius hæc de causa

B.
Joannis
à Cruce

Opera
Mystica

NVI
129

causa omnes veri catholici propensiori studio, ac diligentia, maioriq[ue] humilitate ac veneratione eorum lectioni incumbunt, veramq[ue] eorum doctrinam intelligentiam à Patre luminum humiliter, ac deuote efflagitant, vt ex ipsis scripturis eosmet hereticos sese earum praesidio munitentes refutent, & conuincant, illud tanquam certum statuentes, quod D. Athanas. lib. de Synodis Ariminen[sibus] in simili casu contra Iudaeos, & Haereticos prauè scripturas interpretantes, dixit, scilicet: *Non scripturae sunt illis causa, sed propria ipsorum malitia siue animi peruersitas.* Qua de causa D. Augustinus super Psalm. 10. explicans illa verba: *Pluit super peccatores laqueos,* ait: *Scripturam sacram esse imbrem caelitus demissum, quo fidelium pectora fecundantur, esse verò laqueos, quibus peccatorum pedes irretiuntur.* Ponitq[ue] exemplum in illa Christi Domini sententia, Matth. 15. num. 11. *Non quod intrat per os co[n]quirit hominem, sed quod exit ab ore, circa quam ita fatur. Audit hoc peccator. & gulam parat voracitati: audit hoc iustus, & à ciborum decernendorum superstitione munitur. & hinc eadem Scripturae uides, pro suo cuique merito. & peccatori pluuia laqueorum, & iusto pluuia veritatis infusa est.* Quae omnia ad alios libros Catholicos, & Ecclesiasticos proportionabiliter applicanda sunt, et eisq[ue] manifestè constat nequaquam his scripturis, aut libris, sed ipsorum haereticorum malitia, ac peruersitati erroneos sensus ex illis deductos tribuendos esse.

6. Modum autem, quo haeretici Scripturis sacris, & alijs libris catholicis abutantur, optimè explicuit Clemens Alexandrinus lib. 7. Stromatum his verbis: *Quod si haereseon quoque sectatores ausi fuerint Scripturis Prophetiis uti, primum quidam non omnibus, deinde non perfectis utuntur Scripturis, nec vt corpus Prophetiae, & sacer contextus requirit, sed solum ambigè dicta, eaque ad proprias opiniones stabilendas transferunt. paucis sparsim hinc inde decerptis uerbis, & nulla significationis ratione habita, ad solum, nudumq[ue] uocabulum affixi sunt, propemodum enim in omnibus, quae citant testimonijs, ipsos ad sola nomina, mutatis significationibus, adherescere videbis, nec quorsum spectent intelligere, nec ips quae afferunt, allegatiombus, ita vt earum natura postulat uti: Haec scitissimè, & verissimè Clemens, per quos non modo sui aui, sed & nostrae tempestatis haereticos egregie depingit, quibus nihil confuetius, quam siue in Scriptura sacra, siue in quibusuis libris praecelara, & excellenti doctrina refertis nudas voces hinc inde captare, nequaquam antecedentia, & consequentia, & adiuncta attendere volentes, vt sic quouis modo quantumuis violenter eiusmodi Scripturas ad proprios sensus contorqueant, atque ex illis fidem, & auctoritatem suis erroribus concilient. Nec enim volunt (subiungit idem Clemens) conserui ad veritatem, vt quos pudeat deponere commodum suum in se ipsos amoris, nec sciunt quae ratione possint suas stabilire opiniones Scripturis vim afferentes, &c.*

7. Nec mirum, quod haeretici id faciant, ita namque à suo Magistro Diabolo primitus didicerunt, qui optimè nouit artem deprauate citandi Scripturas, sicuti fecit, d[omi]ni Christum Dominum ad praecipitium suadebat, dicens: *Si Filius Dei es, mitte te de caelo: scriptum est enim, quia Angelus tuus mandauit tibi, & in manibus tollent te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.* Matth. 24. vbi Glossa Interlin. & Hugo Card. rectè sic adnotarunt: *Scripturis utitur, non vt virtutes instituat, sed vt errores ingerat, sic, & sui fatuit.* In qua Diaboli calliditate adnotandum est, nequaquam integrum Scripturae testimonium ipsam retulisse, sed truncatum, omisit enim sequentia verba, *super aspidem & basiliscum ambulabis.*

ambulabis, & conculcabis leonem, & draconem, quia contra ipsum faciebant, quod rectè adnotauit Beda supra illum locum, & D. Greg. Nazianz. orat. in S. Lauacrum, sic in-
 quiens: Sed & Scripturas latro (Satan) nouit, & Sophiste malitia, cur sequentia suppressit: Rectè
 id noui, etsi tu sileas, quoniam super te aspidem, & basiliscum ascendam, & super scorpionibus &
 serpentibus Trinitate circumseptus ambulabo, quod etiam adnotauit Hugo Card. his ver-
 bis: Nota, quod Diabolus partem Scripturas, qua pro se videtur, inducit, & qua contra se, omittit:
 tacet enim: Super aspidem, & basiliscum, &c. Hac ergo ratione filij Diaboli, nempe here-
 tici à tali parte edocti simili quoque arte Scripturæ sacræ, & SS. PP. testimonia in
 suorum errorum confirmationem sæpe adducunt: ex quo Vincentius Lirinensis ci-
 tatus à Glossa sup. eundem Matth. locum rectè intulit. Magnopere doctrina loci istius,
 quod Diabolus contra Dominum Scripturas produxisse legitur, attendenda, & retinenda est, vt
 tanto auctoritatis Euangelicæ exemplo quando aliquos apostolica, seu Prophetica verba proferre
 contra Catholicam fidem viderimus, Diabolum per eos loqui minime dubitemus.

Quæ omnia non solum de Scripturis factis, sed etiam de quibusuis alijs SS. PP.
 vel illustrium virorum intelligenda sunt. Vnde D. Greg. lib. 16. mor. cap. 22. explicans
 illud Job 24. vigilantes ad prædã præparant panem liberis, sic inquit: Ad prædã vi-
 gilant, qui verba iustorum ad sensum proprium semper r. apere conantur; vt per hac peruersis filijs
 panem erroris parent, de quo videlicet pane apud Salomonem verbis mulieris typum prauitatis
 hæreticæ gerentis dicitur: Aqua furtiua dulciores sunt, & panis absconditus suauior. Proverb. 9.

Hoc igitur pacto verum quidem est posse Hæreticos, qui Illuminati dicuntur, ad
 suos errores muniendos Vener. P. N. IOANNIS aliqua truncata testimonia mali-
 tiosè proferre, paucis (vt loquebatur Clemes vbi supra) hinc inde decerptis vocibus,
 & nulla significationis, & contextus ratione habita, imò solis, ac nudis nominibus
 mutatis significationibus adherendo: sed hoc non solum huius doctrinæ securitatè,
 & veritatem nequaquam minuit, sed potius eius excellentiam ostendit: hic enim
 merito queitaptari id, quod alias in laudem humilitatis D. Bern. rectè protulit. Præ-
 clara res humilitas, qua ipsa quoque superbia palliari se appetit, ne vilescat. Sic igitur nos meri-
 to dicere possumus præclara res IOANNIS nostri doctrina, qua ipsi quoque Illu-
 minatorum errores palliari se appetunt, ne vilescant.

Sane quinam huiusmodi errorum auctores, & propagatores multo ante quam
 Mysticus noster Doctor suam scripserit doctrinam fuerint, quam longeque eorum
 vita, & deprauati mores ab huius præclari, atque Angelici viri eximia sanctitate di-
 stauerint, notissimum est, & in sequentibus latius ostendemus: vnde iniquum est ta-
 lium errores tanto viro adscribere, ex eo, quod eorum aliqui ipsius testimonijs per-
 uerfè abutantur.

Quæ omnia rectè notauit Sapientissimus ille Magister Basilius Legionensis in
 Defensorio iam citato num. 9. his verbis: Dura res est imponere doctrinæ viri prorsus Apo-
 stolici errores Illuminatorum, qui nunc huius, nunc istius doctrinæ partem, & non totam doctrinam
 sibi usurparunt. Quid mirum, quod tales non attigerint præfixum scopum huius libri, cum media
 neglexerint in eo præscripta, imò ex toto contraria elegerint. Si puritatem vitæ & virtutum exerci-
 tia, qua passim in isto libro edocentur, amplexi fuissent, se vtique per ea disp. fuissent, quatenus illis
 Deus communicasset Spiritum Contemplationis: At velle brutalibus passibus pertingere ad istum
 montem

8.

9.

10.

B.
Iohannis
à Cruce

Opera
mystica
NVI
128

montem obscura lucis, & perlucida obscuritatis, profecto non mirum si id promoret diuinitate dignatione, ut illis inde mors euenerit, ubi vitam sperabant, ac proinde illorum error nibila estimandum, nec in minima doctrina huius libri deprehendere putandus est, sed illorum peruersa voluntati adscribendum, quod cum noluerint amplecti media via purgatiue in isto libro praescripta, ut eunderint peruenire ad finem, priusquam vix primum gressum egressent. Et postea circa finem illius Defensorij, in 4. ita subiungit. Quod vero spectat ad aëna qua obijciunt fuisse secuta ex occasione horum librorum, & quae in aliquibus particularibus istorum Illuminatorum personis, dico, iam satis constare, quoniam fuit illi, qui hanc malam doctrinam aperte sparserint. & in quibus iam pridem reprobata fuerit, videlicet, Alphonsus de Mello, ab eo ipso qui Oppidum Durango in errorem pertraxit. Vnde opus non erat illis in hoc libro hanc falsam inquirere doctrinam, in quo nec ipsam quidem reperire poterant; Si vero suam voluerunt contegere, vel illustrem reddere doctrinam huius libri malitiosè inuoluit, optimum ex hoc capite desumi potest argumentum excellentiae huius libri, homines siquidem adeo crassi, & ignari, ut sunt isti Illuminati, nunquam aptiori ratione potuissent palliare suam turpitudinem, quam per vrbiam scriptorum adeo puri & admirabilis viri, siquidem pallio hetero nullatenus potuissent tegere malitias adeo enormes, cum pallio clarioris virtutis solent ab Heterocritis obijci maiora mala. Huc usque Basilius Legionensis.

Ex quibus rectè perpenis illud manifestè deducitur, nequaquam propter horum Hæreticorum in præclara hac doctrina peruerse alleganda, ac deprauanda caliditatem, vel propter aliquas propositiones in his libris inuentas, quæ quoad verborum sonum, si ab alijs diuulsa sumantur, illorum erroribus similes videantur, debere verum catholicum ab huius præclaræ doctrinae lectione aliquomodo abstinere, aut illam villo pacto suspectam habere, vel eius venerationem amittere, sed potius maiori animi propensione, cura ac diligentia eius lectioni, & studio incumbere, ut sic ipsius veritatem ab hæreticorum falsitatibus, sicuti lucem à tenebris discernere valeat.

Nam ut scitè, & sanctè scripsit Clemens Alexandrinus lib. 7. Stromatum: Hæc ergo nobis maiori studio, & cura perscrutanda ea, quæ vere est veritas, laborem autem consequatur dulcis inuentio, & memoria: est ergo labor inueniendi subeundus propter hereses, sed non est omnino desiciendum, nec enim si appositus sit fructus vnus quidem verus, & maturus, alius vero factus ex cera, quam maxime simile, propter similitudinem est abstinendum ab vtroque: & quomodo si vna quidem sit via regia, & multæ etiam, aliæ ex quibus aliqua ferunt in præcipitum, aliqua vero ad fluiuum rapidè sinentem, aut ad mare profundum, non dubitauerit quissimam viam ingredi propter dissensionem, sed vterur via regia, & trita, & sciuntia à periculis, ita cum aliq̃ alia dicant de veritate, non est discendum, sed est exactius, & diligentius inquirenda eius exactissima, & accuratissima cognitio. Nam cum oleribus hortensibus vna etiam nascuntur herba, num ergo abstinent agricola à cultura hortorum? &c. Quibus similitudinibus eleganter ostendit Clemens, quomodo ex verbali similitudine, quæ inter veram & falsam doctrinam reperitur, & ex hæreticorum astutia in libris sacris, & Ecclesiasticis peruerse explicandis, & allegandis nequaquam ab eorum pia, diligenti, ac sincera lectione, studio, & vsu auerti, sed potius in eam diligentius incumbere debeamus.

Quod illustri exemplo sicuti, & reliqua egregiè docuit Christus Dominus: ex eo enim, quod Diabolus ad eum tentandum sacra Scripturæ (ut supra vidimus) vteretur testimonijs, nequaquam ad illi resistendum ab eiusdem Scripturæ vsu cessauit, sed

sed potius ex eodem bellico armamentario, ex quo hostis tela peruerse, ac malitiosè depromperat, fortissima arma ad eum repellendum, confundendum, ac debellandum verissimè sumptis: Cum enim (verba sunt Burgenfis super Psal. 90. num. 5.) aduersarius tentando circumiret per diuersa vitia, Christus circumdedit se scuto veritatis, quamlibet enim tentationem contra eum commissam euacuaui per auctoritatem sacra Scriptura, quæ est veritas diuina, primam scilicet, cum dixit: Scriptum est, non in solo pane viuit homo; secundam, cum dixit: Scriptum est, non tentabis Dominum Deum tuum, tertiam, cum dixit: Scriptum est, Dominum Deum tuum adorabis, &c.

Vnde (ad propositum nostrum hæc applicando) quantum hæretici, qui Illuminati dicuntur, testimonia mystici nostri Doctõris ad suos confirmandos errores adduceant, nullatenus credendum, vel suspicandum esset, caelestem tanti viri doctrinam à partibus eorum stare; sed huic testimoniorum allegationi applicandum est, id quod insignis Hæresiarcha Lutherus propria, & domestica experientia edoctus circa falsam Scripturæ sacra testimoniorum ab hæreticis allegationem notauit in quadam concione super Euang. Dom. 1. Quadragesimæ, vbi Christi tentatio refertur, quæ concio habetur tom. 6. Thren. Herm. vbi sic inquit: Studiosè, & attentè videndum, & iudicandum est, an Verbum Dei verè, & candidè tractetur, ac proponatur, nam & Diabolus nouit artem citandi Scripturas: quæ propter ne terrearis, licet Sæctarij vociferentur: Hic est Scriptura, hic Verbum Dei, hi, quando à Scripturis cause sue presidium mutuantur, & sua mendacia per illas pingere, & comere volunt, respondendum est: Non moneor, quod dicis Verbum Dei à partibus tuis stare, nam simul curare oportet ne tentemus Deum, & quamuis fortè Dñi Verbum sit, quod tibi sefragari perhibes, fieri tamè potest, vt quadã addideris, nonnulla detraxeris. Itaq; prius videamus num sit hæc mens Sancti Spiritus, & num Verbum Dei tractes, prout decet, nam Diabolus, & omnes hæretici, licet Verbo Dei sese exornent, perperam tamen illud tractant, &c. Optimum sanè, & salutare licet ab inimico consilium, quod tam in sacratum Scripturarum, quam in cuiusuis alterius catholici libri quantumuis præclara doctrina refertur studio diligenter obseruare debemus, vt sic falsas deceptiones euitemus, per quæ omnia, ab inconuenienti desumptum argumentum contra sublimis huius Doctõris mystici libros, propter peruersum scilicet, hæreticorum, qui Illuminati dicuntur, vsum, satis superque solum relinquitur, demonstratumq; manet hoc inconueniens non in horum librorum doctrina, quæ excellentissima, & vtilissima est, sed in legentium peruersitate, & malitia fundari, de quo proinde iuxta rationem rectam curari non debet.

Nec etiam monere debet id quod insuper additur in huius argumenti confirmatione, scilicet, posse simplices, propter huiusmodi propositiones, quæ cū hæreticorū erroribus similitudinè aliquam saltim quo ad verborum sonum habere videntur, in eosdè errores facillè incidere, deceptionesq; valde noxias pati. Hoc inquam, nullatenus mouere debet, tum quia (vt n. 2. vidimus) hoc ipsum periculū, si vere periculū est, tam in Scriptura sacra, quam in omnium SS. Patrum, atq; illustrium Scriptorum libris, siue latina, siue vulgari lingua editis reperitur, ex quo tamen nullus sanæ mentis intulit horum omnium librorum vsum relegandum esse: tū etiã quia quicumq; libros hos mystici nostri Doctõris legerit, nisi malitiosè hinc inde, nulla contextus habitatione, solumque ad externum sonum attendens verba capret, manifestè cognoscat, doctrinam hanc ab illorum hæreticorum erroribus longe distare, imò

B.
Joannis
à Cruce

Opera
mystica
NVI
129

potius illis directè aduersari, siquidem passim inueniet salutarem de externa, & interna mortificatione, quam ipsi abhorrent, doctrinam, ad eò, vt nullus hac vsque liber tam seuerè, & acriter contra carnem, & sanguinem bellum indixerit, frequentissimè etiam reperiet eximia puritatis præclara documenta, quæ omnia prædictis erroribus profus aduersa sunt. Vnde ex doctrina hac non solum in eos errores non incidet, sed potius ab eis longissimè auerteretur, efficacissimèque, ac saluberrimum contra illos antidotum inueniet, quod adhuc magis constabit, cum infra e. vlt. huius r. p. præsentis Elucidationis Illuminatorum errores referemus. Tum denique quæ eo ipso quod simplex sit is, qui hos libros legerit, cum ad aliquas ex propositionibus, quarum sensus non ad eò apertus fuerit, peruenerit, si non arroganter, & temere, sed prudenter se gerat, ac bono animo huic lectio incumbat, nequaquam ex proprio cerebro, sed ex Magistri spiritualis ductu de eius doctrinæ sensu iudicabit, vel deficiente Magistro, proprium suspendet iudicium, eoque ipso ab omni erroris periculo liber remanebit. Si autem temerè, & absque scientia, vel spirituali Magistro de his rebus iudicare voluerit, nil mirum quod in sua temeritatis, & superbia pœnam deceptiones aliquas pati permittatur: quod inconueniens non huic doctrinæ, sed legentis temeritati, & superbiæ tribuendum erit, in cuiusvis namque libri lectio, & in quavis disciplina idem contingit: & id eò de huiusmodi damnis sic affectatis malatenus viri prudentes curant, siquidem ineptissimum esset propter illa non solum hanc, sed etiam omnem aliam veram & præclaram doctrinam damnare, vel tanquam noxiam periculose expositam rejicere.

16. Quibus omnibus tandem addimus, quod & si aliqui, vel propter malitiam, vel propter temeritatem, vel propter ignorantiam, vel alia de causa, horum librorum doctrina abutantur, nihil aliud ex inde sequitur, nisi doctrinam hanc habere generalem quandam rerum illustrium conditionem, quibus quò sublimiores, & excellentiores sunt, eò magis in sui perniciem homines abuti possunt, vt videre est in optimis quibusque rebus, tam naturalibus, quam supernaturalibus, vt verbi gratia, in luce solis, in diuinis Sacramentis, in donis gratiæ, imò, & in ipsa bonitate, patientia, & misericordia diuina, quibus homines sæpè in magnam sui perniciem abutuntur. Sic igitur nefarium, imò, & insanum esset, velle, propter hoc, solis lucem de medio amouere, Sacramenta ab Ecclesiâ relegare, dona gratiæ rejicere, misericordiam, patientiam, & bonitatem à Deo excludere, ita etiam impium, & insanum esset, propter aliquorum abusum, vel Scripturas factas, vel catholicos, ac spirituales libros relegare velle.

17. Huc spectat id, quod sapientissimus Magister Luisius Legionensis scripsit in Apologia, pro libris S. M. nostræ THERESIÆ: cum enim aliqui, eorum vsum inter dicendum esse dicerent, ex eo, quod propter reuelationes, quæ in eis referuntur, plurimum desiderium, & appetitus similibus reuelationum excitari posse videbatur, ex quo Dæmonis illusionibus aditus aperiebatur; huic obiectio sic occurrit. *Cur illud quod bonum, est celandum? quod mirabilia Dei operatur? quod accendit magis ad eius religionem, cultum & amorem? quod præbet incentiuum sanctitatis & virtutis? Dicunt quod similitudo rerum appetitus & desiderium aperit ianuam multitudine, quæ ad credendum sunt faciles, vt et dæmon decipiat illusionibus. Desiderium inordinatum reuelationum, cõcedo quidè, ac non lectio optimarum reuelationum.*

dicarū reuelationū; imo isti libri nil magis procurāt, quā talia desideria ad reuelationes praeferre, vt ex ipsis constat. Sed ex lectione, inquit, enascitur desiderium: si ita est, expungantur ergo sacri codices, tradantur igni Historie Ecclesiasticae, dilaceretur Flos Sanctorū, vite Sanctorum, Dialogi S. Gregorij, reuelationes Fundatorum ac Propagatorum Ordinum. Ergone Ecclesia hactenus errore decepta fuit, quae in hodiernum vsque diem varia scripsit, & voluit ea legi, quae aperunt demoni ianuam? Et ne vnus aut alter, qui est sui ipsius & propriae excellentiae plus nimio amans, occasionem deceptionis accipiat, eāne de causa oportet ea quae sunt gloriae Dei abscondi, mirabilia eius ignorari, iter illud praepediti, per quod quam plurimi excitantur ad eum amplius amandū, eiq; seruiendū. Quot sunt qui sicte sanctitatis personam induunt, permoti honore qui sancti tribuitur: cessent igitur virtutes, vel non exarentur litteris, nec celebrentur multorum egregia virtutum facta, ne ex isto capite Hypocrita occasione deceptionum arripiant. Plures sane Hypocrita ex hac occasione decepti ceciderunt, quam illi: a demone, eo quod legissent reuelationes diuinas. Non est in rebus attendendum ad malum vsū aliquorum, quin potius ad vtilitatem communem. Quam in istis scriptis inueniri, si ratio non dicitaret, experientia fidelis testis euidenter demonstrat. Desigant oculos in Religiosos, ac Religiosos Carmelitas Discalceatos, qui ab horum doctrina enutriti sunt, & eam ad vniuersam norunt, & bene videant num stolidi sint, aut illusi: vel si istos, in puritate verae Religionis ac sanctitatis & in Dei amore, quisquam excellat? Huc vsque sapientissimus ille Magister, cuius verba non minus pro venerabilis nostri IOANNIS, quam pro sanctae matris nostrae THERESAE libris militant, & ideo pro responsione propositae initio huius cap. obiectionis merito haberi possunt, pro cuius etiam ampliori solutione ea, quae infra cap. 5. dicemus, videnda sunt.

CAPVT IV.

SECUNDA PRINCIPALIS OBIECTIO
*aduersus mystici nostri Doctoris doctrinam in
 communi proponitur, & dilu-
 luitur.*

SECVNDO principaliter aduersus horum librorum doctrinam nonnulli obijciunt, debitam eius intelligentiam multis in locis satis difficilem esse, quam proinde non omnes assequi poterunt.

Caretem id tantum abest, vt huic doctrinae aliquo modo déroget, vt potius eius excellentiam ostendat: assimilatur enim quoad hoc Scripturae diuinae, in qua propter eius dignitatem reperitur inexhaustibilis profunditas, & difficultas ex rebus, ac mysteriorum, de quibus agit, magnitudine, sublimitate, & grauitate, non vero ex affectato, vel borum furore, vitiolaque obscuritate styli orta, cum sufficienti tamen claritate temperata, taliter, vt quantum ad ea, quae salutis necessaria sunt, satis perspicua, omnibusque accessibilis sese exhibeat, quantum verò ad alia sublimiora, valde.

B.
Joannis
à Cruce

Opera
mystica

NVT

124

valde lateat, ac non nisi à studiosissimis, ac peritissimis intelligatur, inò plene, & perfecte à nemine, præterquam ab eius auctore penetratur.

Quod optime ipsamet experientia edoctus obseruauit D. August. tom 2. epist. ad Voluian. his verbis: *Modus ipse dicendi, quo sacra Scriptura contextur, quam omnibus accessibilis, quamuis paucissimus penetrabilis, ea quæ aperte continet, quasi amicum familiaris, sine furo ad cor loquitur indoctorum, atque doctorum: ea verò, quæ in mysterijs occultat, nec ipsa loquio superbo erigit, quo non audeat accedere mens tardiuscula, & inrudita, quasi pæper ad diuitem, sed inuitat omnes humili sermone, quos non solum manifesta pascit, sed etiam secreta exerceat veritate, hoc in promptis, quod in reconditis habens: sed ne aperta fastidiantur, eadem rursus operata desiderantur, desiderata quodammodo renouantur, renouata suauiter inuimantur, his salubriter, & praua corriguntur, & parua nutriuntur, & magna oblectantur ingenia, &c.* Et in eadem epist. de hac sacramentorum literarum profunditate sic iterum eleganter subiungit: *Tanta est Christianarum profunditas literarum, ut in eis quorundam proficerem, si eas sola ab ineunte pueritia vsque ad decrepitam senectutem maximo otio, summo studio, meliori ingenio conarer addiscere, non quo ad ea, quæ necessaria sunt salutis, tanta in eis perueniatur difficultate, sed cum quisque ibi fidem tenuerit, sine qua pie, recteque non viuatur, tam multa, tamque multiplicibus mysteriorum vmbraculis opaca intelligenda proficiendum restant, tantaque non solum in verbis, quibus ista dicta sunt, verum etiam in rebus, quæ intelligenda sunt, lateat altitudo sapientiæ, ut à nouissimis, acutissimis, flagrantissimis cupiditate descendit hoc contingat, quod eadem Scriptura quodam loco habet: *Cum consummauerit homo, tunc uispiet, &c.* Idemque breuiter D. Basilius homilia de vera, & pia fide, de diuinis Scripturis loquens, his verbis docuit: *Rem ipsam plane, ut suapte natura est, & si omnes omnium mentes ad inuestigandum una coirent, item ad denuntiandum lingua concurrerent, tamen, qui assequi posset, existeret nemo &c.**

Qua de causa appellatur Scriptura, Apoc. 5. num. 1. & 3. *Liber signatus sigillis septem, quem nemo poterat, nec in celo, nec in terra, nec sub terra aperire, præter unum Leonem de Tribu Iuda. Qui est Christus Dominus; propterea etiam Regnum Celorum, id est, ut explicat Chrystost. hom. 3. in Genes. & Rupert. lib. 3. de victoria uerbi cap. 26.)* Sacramentum Scripturam comparauit Dominus *Theatro abscondito in agro.* Matth. 13. num. 44. *Theatro quidem propter inexhaustibiles eius diuitias, abscondito uero propter eius reconditam profunditatem: qua de causa non ad qualecunque, sed ad summam, & exquisitam diligentiam in Scripturarum lectione adhibendam ipsamet Christus Dominus inuitauit dicens, *Scrutamini Scripturas,* Ioann. 5. num. 39. quasi diceret: *Puteus altus est, & aqua intelligentiæ longè haurienda, terra altius fodienda, & sub eius seminis visceribus Theaurus latitans detegendus, unde Dauid Psalm. 118. num. 2. *Beati (inquit) qui scrutantur testimonia eius: in toto corde exquirunt eum.* Inde etiam fit, ut non solum simplices, sed etiam literatissimi, præstantissimo quoque ingenio præditi, ac per longa tempora in Scripturarum studijs versati, multo plura ignorent, quam sciunt, ut de semetipso professus fuit D. Aug. epist. 119. c. 2. inquit: *In ipsis sanctis Scripturis multo nescio plura quam scio.* Hinc tandem ortum habuere, quotidieque habentur controuersiarum contentionesque, & rixæ non solum Catholicorum cum hæreticis, sed etiam inter ipsosmet Catholicos Doctores, super uero Scripturarum sensu indagando: multa enim disputauit Cyprianus cum Cornelio Papa: Origenes cum Africano: Chryso-**

stomus

fontus cum Theophilo Alexandrino; Epiphanius cum Ioanne Hierosolymitano; Rufinus cum Hieronymo; Hieronymus cum Augustino; Augustinus cum Simpliano, Prospero, & Hilario, quotidieque similes concertationes, & crixas, circa veram Scripturarum intelligentiam inter insignes Catholicos Doctores videmus. Quæ omnia magnam, & valde reconditam Scripturarum profunditatem, & difficultatem satis superque ostendunt.

Hæc autem Scripturarum magna difficultas non solum earum dignitatem non minuit, sed potius eam valde commendat contra Lutherum, Philippum Melancthonem, Brentium, Bernardinum Okimum, Rolokum, & alios similes hæreticos qui aliquibus Scripturæ, & Patrum testimonijs malè intellectis, sophisticisque rationibus innixi dixerunt, Scripturas sacras facillimas, planas, & cuique ad eas accedenti peruias, & apertissimas esse, contra quorum omnium errorem latè scripserunt Belam. tom. 1. contr. 1. de Verbo Dei lib. 3. Salmeron tom. 1. prologem. 2. Anton. Perez volum. 1. de sacra Scriptura dub. 11. & alij, qui argumenta hæreticorum ex professo adducunt, & soluunt, propositamque veritatem Catholicam de summa difficultate, ac profunditate sacrarum Scripturarum, tamquam earum dignitati, & maiestati valde conuenientem latè demonstrant prædictæq; difficultatis plures causas congruentique rationes adducunt.

Ex quibus omnibus id, quod superius diximus, satis apparet, scilicet difficultatem, & profunditatem, quæ in Venerabilis huius Parentis nostri libris reperitur, nequaquam eorum dignitatem minuere, sed potius summo operè commendare, hæc namq; difficultas est valdè similis illi, quam in Scriptura sacra reperiri diximus: nec enim oritur ex affectato verborum furo, neq; ex styli obscuritate, quin potius huius Mystici Doctoris stylus valde perspicuus est, & quantum rei materia patitur, rebus difficilimis, ac valde reconditis eximia affert lucem, easque clarissimè explicat, quod plures viri graues, & docti in hac doctrina, tamquam quid rarum, & egregium adnotarunt. Oritur ergo hæc difficultas ex rerum, de quibus agit, sublimitate, ac recondita excellentia, quæ quantumuis perspicuo explicetur stylo, semper satis abstrusa, & à communi hominum intelligentia abscondita manet. Præterea etiam, non in omnibus locis hæc reperitur difficultas, immò, vt plerimum multa tractat de externa, & interna mortificatione, rerum omnium ereaturarum abdicacione, paupertate spiritus, eximia conscientia puritate, reuelationum, ac similibus rerum in quibus multa solent immisceri pericula, renuntiatione, quæ omnia facillimè à quouis intelligi possunt, & ex eis ingens vtilitas sequi.

Hanc vero suæ doctrinae aliqualem difficultatem, ipsemet Parens noster optimè præuidit, & ideo tacite huic obiectioni sic in prologo horum librorum occurrit. Et quoniam doctrina hæc est de obscura nocte, per quam anima ad Deum pergere debet: haud miratur Lector, si illi aliquantum obscura appareat. Existimo tamen, id solum initio lectionis futurum. Verum si in ea legenda progrediatur, priora clarius eum percepturum, vna quippe res per aliam dilucidatur. Quod si libri lectionem repetierit, puto manifestius cuncta intellectu, doctrinamque hanc tutiorem apparituram. Si vero aliquibus lectio hæc non arriserit, in causa est mea exigua scientia ac scribendi modus abiectus, & vilis: nam scriptiois materia ex se optima est & apprime necessaria. Arbitror nihilominus, quod licet hæc sublimiori exactioriq; stylo tractarentur quam

B.
Joannis
à Cruce

Opera
mystica

NVI

129

quam hoc loco nos fecimus, non multorum palato bene saperent, nec à multis exceptarentur. Sed enim hic valde moralia & spiritualibus, quibus per sua uia & incunda ad Deum ire placet, gratia iradentur, sed substantialis solum & solida pro vtriusq; doctrina, si tamen ad spiritus nudationem, de qua hic agitur, peruenire voluerint. Huc usque Mylt. nofter Doctor.

Tandem pro huius etiam obiectionis solutione addere placuit id, quod citatus Magister Lulius Legionensis respondens simili obiectioni aduersus libros S.M. nostræ THERESIAE factæ, in Apologia supra relata sic scripsit: Quantum ad id, quod circa obscuritatem horum librorum attinet, si ea sufficiens foret ad prohibendam lectionem librorum, omnes simul scriptorum codices sunt prohibendi, quia nec ipsi Professores illos in multis locis exacte intelligunt. Quæro, s. Augustinum, quot Theologorum reperire est, qui illum non exacte intelligant? Dionysium Areopagitam quis ille est qui hunc diuinum percipiat? & quod de istis dico, de Sanctis serme omnibus assero, qui in plurimis suorum operum locis videntur lingua propria loqui Arabica, & non solum id videtur illis qui Linguas Latinam, & Græcam norunt, verum & ijs quoque, qui scholis frequentant & Theologicam scientiam proficiunt. Quid dico de Sanctis, ipsi sunt Professores & Doctores Scholastici, à suismet proprijs Discipulis, quamuis attentè illis mandant, vix percipi possunt. Doctores Angelici D. Thoma doctrinam, Thomistæ in multis non intelligunt, multo minus Scoti Scotista. Idem censendum de Alexandro, Durando, Henrico Gandensib; Præterea, horum librorum obscuritas qua exigua est, nemini infert damnum, & plurimis prodest, qui enim hanc intelligit, ex ea commodum refert, non intelligenti nec commodum nec damnum affert, malè dico, imò & non intelligenti est perutilis, quia ista obscuritas non consistit in verbis, sed in quibusdam rebus, quarum qui caret experientia, nescit illas comprehendere & quod hæc ratio non percipitur, ordinariè generat admirationem & desiderium experiendi, qua sunt res per magna consequentia, & utilitatis. Hucusque sapientissimus hic Magister, ex cuius responsione, & ex huc usque dictis proposita obiectione satis superque soluta manet.

CAPVT V.

TERTIÆ PRINCIPALI OBIECTIONI
aduersus eandem doctrinam in communi
sumptam occurritur.

1. TERTIO deinde aduersus hos libros modicam eorum utilitatem aliqui obiciunt, cuius nullam (quod sciamus) rationem reddunt, nisi forte dicant ideo esse parum utiles, quia pauci sunt, qui de rebus adeò sublimibus, & à communi hominum sensu, & cognitione reconditis agunt. Imò addunt, non solum non esse utiles, sed pluribus damnis occasionem præbere, maximè, cum in lingua vulgari præmanibus omnium habeantur, timent namque ne personæ spirituales simplices, maxime verò mulieres, debitam eorum intelligentiam assequi non valentes, in errores, aliæque damna incidant.
2. Sed huius obiectionis vanitas se se ipsa satis prodit: etenim negari nequit, non solum

lum in religionibus, sed etiam extra illas, plures esse vtriusque sexus personas Deo altissimo famulatu seruientes, quæ nihil aliud curant, nisi, vt per creaturarum omnium externam, & interiam abdicacionem, perfectamque spiritus paupertatem, ad summam quamdam (quantum in hac vita fieri potest) cum Deo vnionem ardentibus desiderijs tendant, ad perfectionemq; illam anhelent, ad quam Christus Dominus nos inuitat dum ait: *Estote vos perfecti, sicut & pater vester cælestis perfectus est.* Matt. 5. num. 48. quamque ipsemet in nobis exoptat, dum ad Patrem orans dicit: *Rogo Pater, vt omnes vnus sint, sicut tu Pater in me, & ego in te, vt & ipsi in nobis vnus sint.* Ioann. 17. num. 21. non quidem, quia ad hanc aded perfectam cum Deo vnionem peruenire possimus, sed quia ad eam, quam proximius fieri possit, aspirare debemus.

Nec minus indubitarum est huiusmodi animas esse præ alijs omnibus, Deo gratissimas, siquidem (vt habetur Ecclesiast. 16.) *Melior est vnus faciens voluntatem Domini, quam decies mille iniqui.* Imo pluris est apud Deum vnus ex his perfectis, quam cæteri omnes, & vniuersus orbis, imò, quam plures alij, ac innumeri Orbis. Hac enim de causa (vt bene notauit Chrysol. homil. 52. in Genes. & hom. 24. super Epist. ad Hebræos.) Cum Deus terra, & cæli, ac totius Orbis Dominus sit, tamquam gloriosum sibi nomen assumpsit appellari Deus Abraham, Isaac, & Iacob, huiusmodique appellationem vt illustriorem habuit, quam si totius Orbis, aliorumque innumerabilium Deus appellaretur. Quo etiam pacto habuit se Deus erga Sanctissimam Matrem nostram THERESIAM, cum enim ipsa tanquam gloriosissimum sibi nomen assumpsisset vocari THERESIA IESV, ad denotandum se totam esse ipsius Iesu, simili quoque affectu ipsemet Christus Dominus semetipsum IESVM THERESIAE appellauit, illi se totum tradens, vt in quadam visione testatus fuit, sic illam alloquens, *Filia, iam tota meas, & ego totus tuus.* Et in alia visione summam quam de illa sola præ vniuerso Orbe æstimationem habebat, expressius ostendere volens, sic eam cum summo amore alloquutus fuit, *Filia, ni Cælum creassem, pro te sola crearem.*

Ex quo recte inferitur, quod ea, quæ ad huiusmodi animarum vtilitatem, & profectum necessaria, vel conducentia fuerint, non tamquam res parui momenti, sed tanquam magni ponderis Deoque iucundissima habenda sunt, imò, quod illis necessarium, vel vtile est, non priuatam dumtaxat vnus, vel alterius, sed communem vtilitatem obtinet, eo quod sæpe ex illis, etiam si paucissimi essent, cæterorum omnium salus, ac totius ciuitatis, vel regni, in quo degunt, conseruatio, & felicitas pender; quod multis sanè possemus exemplis, ac testimonijs illustrare, breuitatis tamen gratia sufficere vnus, vel alterum in memoriam recollere.

Etenim notissimum est illud, quod refertur, Gen. 18: dixit enim Deus Abrahamo, non delendam fore Sodomam, si saltem decem iusti in illa inuenti essent, propter quorum defectum subuersa fuit, ad eam tamen subuertendam oportuit, vt expectaret discessum iusti Loth, quia dum ipse in illa remanebat, non poterat Deus prædictam ciuitatem, & si tot sceleratissimis hominibus plenam, euertere, ipsomet Domino attestante, qui sic ipsum Loth alloquutus est, *Festina, & saluare ibi: quia non potero facere quidquam donec ingrediaris illuc.* Gen. 19. n. 22. Insuperq; propter ipsum Loth, urbem Segot vicinam Sodomæ, pro qua ipse rogauerat, non subuertit, vt ex ipsius Dei verbis loco citato constat: dixit enim ad Loth: *Ecce etiam in hoc suscepi preces tuas, vt non*

sub

B.
Joannis
à Cruce

Opera
mystica

NVT

128

subuertam urbem, pro qua loquitur est. Ecce quantum, vel vnus vir iustus ad totius ciuitatis conferuationem conducatur.

6. Quod etiam manifestissimè apprehenditur ex eo, quod cum quondam pro-uocaretur Deus ad puniendam Hierusalem, eamque cum Regno Iuda, Caldeis tra-dendam propter multa scelera, quæ populus illè contra Deum commiserat, dolens ipse Dominus futuram illius ciuitatis, ac Regni ruinam, cupiensq; causam aliquam, ad ei parcendum, inuenire, sic per Hieremiam c. 5. n. 1. ait, *Circuite vias Hierusalem, & aspiciite, & considerate, & quarite in plateis eius, an inueniatis virum facientem iudicium, & quarentem fidem, & propitius ero ei, &c.* Super quæ verba sic exclamat Hieronymus: *Grandis amor iustitia, vt nequaquam iuxta interrogationem Abrahæ, & responsonem Dei pro-decem viris iustis liberauerit ciuitatem, sed si vnum inuenerit, iam iamq; peritura Hierusalem, qui faciat iudicium, & quærat veritatem, tamen Deus misereatur Hierusalem, &c.*

7. Plura alia illustrissima huius veritatis exempla omittimus, quis enim mente comprehendet, quantas vtilitates vnus Abraham suæ genti, vnus Moyses suo populo, vnus Elias, vnus Benedictus, vnus Augustinus, vnus Bernardus, vnus Dominicus, vnus Franciscus, vnus Ignatius, & vna THERESA, toti mûdo contulerint: sanè sicut modicum fermenti totam massam fermentant, ita modicum perfectionis vni-animæ prerogatum, totam Congregationem, imò, & integrum populum illustrat: quæ de causa Paulus ad Philipp. 2. n. 15. iure optimo viros sanctos, Orbis luminaria appellat, dicens: *Vt sit sine reprehensione in mediò nationis prauæ, & peruersæ, inter quos lucet sicut luminaria in mundo, &c.* Merito ergo diximus ea, quæ iustis, & amicis Dei, maxime vero perfectis, & si pauci essent, vtilia sunt, non priuatam, sed communem totius populi, ac Regni vtilitatem obtinere.

8. Ex dictis igitur intentum nostrum sic manifestatione ostendere possumus: inquirimus enim, num hi, qui perfectionem intendentes, contemplationiq; vacantes, ad intimam cum Deo vnionem tendunt, indigeant aliquibus documentis, quibus in hac difficili via rectè dirigantur, pluraq; pericula, quæ in illa frequenter occurrunt, euadant. Inquirimus etiam, vtrum spirituales Magistri, qui huiusmodi animarum curam habent, indigeant quoq; scientia, qua illas ducere, ac securè dirigere valeant: sanè nemo de hoc poterit rationabiliter dubitare, imò quo altior, & perfectior est via, eo est difficilior, abundantiorque, ac sublimiori doctrina indiget.

9. Et quamuis præcipuus huius doctrinæ Magister sit ille, qui dixit: *Ne vocemini Magistri, quia Magister vester vnus est Christus*, Matth. 23. n. 10. (quod Venerabilis Pater noster sapissimè in suis libris admonet) certum est tamen, iuxta Catholicam fidem, præter hoc internum Magisterium (quod dumtaxat admittendum esse hæretici Libertini, & Suencfeldiani inaniter contendebant: vt refert Præteolus lib. 10. verbo Libertini, & lib. 17. verbo Suencfeldiani) externum etiam Magisterium in Ecclesia Dei esse necessarium, vt plures deceptiones, & errores euitentur, cum scriptum sit, quod ipse Satanas transfiguratur se in Angelum Lucis 2. ad Corinth. 11. num. 14. sicu-tilonga, & frequens experientia satis superque demonstrat. Quæ de causa docet Apostolus 1. ad Corinth. 12. & ad Ephes. 4. quosdam posuisse Deum in Ecclesia Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios autem Pastores, & Doctores ad consummationem sanctorum, vt iam non simus paruuli fluctuantes, & circumferamur

omni

omni vento doctrinæ in nequitia hominû in astutia ad circumventionem erroris, &c. Hac etiã de causa quosdam voluit Deus esse in Ecclesia montes, vt lux Orientis iustitiæ solis, scilicet Christi in illis prius recepta ex illis ad colles, & vsq; ad imas valles deriuaretur, iuxta illud Psal. 71. n. 3. *Suscipiant montes pacem populo, & colles iustitiam,* quod optimè ad rem nostram explicat D. August. tit. 1. in Ioann. his verbis. *Montes excelsæ animæ sunt: & colles parua animæ sunt; non autem acciperent minores animæ fidem, nisi maiores animæ, quæ montes dictæ sunt, ab ipsa Sapiëntia illustrarentur, vt possint paruuli trahere, quod possent paruuli capere, &c.* De necessitate ergo spiritualium Magistrorum, maxime in hac tam difficili perfectionis, & contemplationis via, non potest, iuxta Catholicam fidem, dubitari.

Vt ergo prædicta omnia simul colligamus, sequentem efformamus rationem. Id quod est necessarium ad spirituale salutem, profectum & instructionem illarum animarum altissimè Deo famulantium, quæ perfectionis viam ingredientes, per creaturarum omnium abdicacionem ad intimam cum Deo vnionem flagrantissimis desiderijs tendunt, est magni ponderis, Deoque gratissimum, & communi bono vtilissimû: at ad prædictarum animarum salutem, & instructionem summè necessaria est spiritualis Magistri in huiusmodi via periti doctrina: ergo doctrina hæc non parum vilis, vel tanquam parui momenti habenda est, quin potius tanquam magni ponderis, communique bono vtilissima, ac Deo gratissima pluris est æstimanda, sed huiusmodi doctrina in libris Mystici nostri Doctõris adeò securè, sublimiter, ac dilucidè traditur, vt nullus huc vsque inueniatur liber, qui in huiusmodi certis documentis, ac in doctrinæ ad id spectantis soliditate, & securitate ei præponendus sit, imò paucissimi cum illo comparari valeant, vt ex communi sapientum, ac spiritualium virorum testimonio constat, iuxta ea, quæ cap. 2. diximus; ergo horum librorum doctrina, tamquam communi hono vtilissima, magnique ponderis, & Deo gratissima, veneranda, amplectenda, plurisque æstimanda est.

Quæ ratio magis elucescit, & confirmatur, si attendamus inopiam, quæ communiter reperiri solet, spiritualium Magistrorum, qui cum debita scientia, & experientia, qualis ad hanc rem est necessaria, possint animas in hac contemplationis, & perfectionis via salubriter instruere, ac dirigere, periculisque, & difficultatibus, quæ in ea immisceri solent, occurrere: de hac. n. inopia, & fame, quam prædictæ animæ Deo dilectissimæ patiuntur, meritò dici potest illud Thren. 4. nu. 4. *Adhæsit lingua lætenti ad palatum eius in siti, paruuli petierunt panem, & non erat, qui frangeret eis, quæ inopiam optimè deplorat Venerabilis noster JOANNES in horum librorum prologo, assignans causam, quæ ad eos conscribendos motus fuit his verbis. Ad hæc vero scriptio- nem non me virium mearum aliqua impulsit facultas, quæ nulla est, si rei adeò sublimi arduæque conferatur, sed firma quam in Deum concepi, fiducia, eum mihi laturum opem, vt aliquid proficui depromam; idq; ob summam plurium Animarum necessitatem, quæ in incerto virtutis itinere, dũ eas Dominus in hac obscura Noctè collocare vult, vt per eam ad vnionem diuinam perueniant, minime vterius progrediuntur: aliquando quia eam ingredi, aut sese in ea collocari recusant, aliquando vero, quia seipsas minime intelligunt, nec idoneos peritosq; duces, qui eas ad summitatē vsq; montis perducant, sortiuntur. Quare est res cõmiseratione digna, videre plures Animas aptitudine naturali, diuinig, fauoris auxilijs ad vterius in via hac progrediendũ dotatas, in infimo cū Deo a-*

B.
Joannis
à Cruce

Opera
mystica

NVI

128

gēdi gradu remanere, eo quod abnuat, vel ignorēt, vel certe à vita spiritali inijs deficiere, & a-
uelli nō doceatur. Nōnulli siquidem Confessarij & spiritalis vitæ Patres, eo quod lumine istam
viam experimentis defituti sint, potius huiusmodi Animas præpediunt, illisq; detrimento sunt, quā
adiumento: similes facti fabricatoribus Babylonis, qui cum materia adificio aptam porrigere desi-
serent, aliam multam ab ea discrepantem suppeditabant, eo quod minime idiomata illud per speculum
lis esset: vnde nec quidquam aggressi operis persecrunt. Quamobrem res est prorsus molesta & animam
in huiusmodi euentibus minime seipsam intelligere, nec quæ eam intelligat, reperire possit.
Pluraq; alia ad hoc propositum optimè in eodem prologo subiungit, in suisq; libris
sæpè repetit, præcipuè verò in illo, qui inscribitur, Flamma amoris viua, Cant. .§. 4. ubi
sic inquit. Quantum ad primum spectat, non mediocriter necessarium est. Animæ proficere, & non
retrocedere cupienti, considerare, cuius sese manibus credat, qualis enim fuerit Magister, talis erit
& discipulus: & qualis Pater, talis & Filius. Pro itinere porro isto, saltem pro sublimioribus eius
rebus, imo etiam pro mediocribus, vix ductorem aliquem perfectum secundum omnes quæ ad offi-
cium istud requiruntur partes reperiet. Vt enim esse sapiens, discretus, & rerumistarum experientia
conspicius, ad rectam enim directionem gubernationemq; spiritus, etsi fundamentum necessarium
sciētia sit, & discretio, si tamen sublimiorum rerum experientia desit, ignorabit in illis quando à Dō
conferuntur animæ, eam dirigere, magnoq; posset illi detrimento esse & c. Quod experientia præ-
fatis comprobatum est, quotidieque magis comprobatur.

Vnde S. Maternostra THERESIA cap. 4. suæ vitæ testatur se per plures annos
non inuenisse spirituale Magistrum, qui eius spiritum intelligeret, eamque in hac
spiritali vita rectè dirigeret, quamuis multa diligentia, & studio diuersis in locis illi
quæsisset. Nullum Magistrum Confessarium, inquam, inueni, qui me intelligeret, tamen trigenti
ipsi annis postquam hoc quod hic dico, contigit, eam quæserim. Quod haud dubiè mihi non sa-
rum nocuit, ex huius defectu, non solum sæpè retro est, verum etiam in præsentissimo periculo, si
ne penitus pessum irem, & c. Qua etiam de causa multa damna, spiritalisque labores
cap. 5. & alibi affirmat se passam fuisse.

12 Cuius inopiæ facilis & euidentis ratio apparet: cum. n. ad hoc spirituale Magistrum,
præter scientiam, sit etiam necessaria experientia; vt S. Patres passim clamant, & infra
latius ostendemus, hanc autem experientiam de rebus adeo sublimibus paucissimi
obtineant, quia paucissimi sunt, qui eximiam illam spiritus paupertatem, vitæ purita-
tem, creaturarumq; abstractionem ad eā necessariam habeāt, vt docent etiam com-
muniter S. Patres D. Bernard. ser. 3. de Circumcisione, ibi. Ad hanc perfectionem pauci, ut
fallor, perueniunt in hac vita, & c. vlt. de interiori domo, ubi idem optimè tractat. D. Bon-
nauent. de Mystica Theol. c. 3. pag. 4. ubi ait, idē Theologiam hanc vocari Mysticā,
seu occultam, quia pauci ad ipsam recipiendam se disponunt; Dionysius Carthusi-
m præfatione ad tract. de fonte lucis, Ricardus de præparatione ad contemplationem
cap. 76. ibi. O quam rari sunt, vel quia nolunt, vel quia nequeunt, qui huc vsq; ascendant, rari
valde in hunc montem ascendere, sed multo rarius in eius vertice stare, & ibi moram facere, rarissi-
mum autem ibi habitare, & mente requiescere, & c. Vbi hoc elegantissime prolequitur:
docent etiam Eschius in Exercitationibus diuinis, exercitatione 5. Aluarez de Paz-
tom. 2. de vita spiri. lib. 2. p. 1. c. 11. & lib. 4. p. 3. c. 34. adducens ad hoc propositum al-
liud Iob 28. Sapiētia vbi inuenitur, & quis, si locus intelligentiæ? noster Ioannes à Iesv
Maria, in schola orat. titul. 8. dub. 12. pluresque alij.

Cum ergo tam pauci sint, qui obtineant experientiam ad hoc spirituale magisterium necessarium, meritò Mysticus noster Doctor loco citato asserit vix aliquem inueniri, qui vnde quaque possit in hac perfectionis, & contemplationis via, spiritualis Magistri munus exercere, cuius veritatis, adhuc intra naturalem ordinem, notitiã habuit Plato, si quidem lib. 4. Dial. de virt. fol. nobis 16. tam difficile existimauit perfectum virtutis Magistrum inueniri, vt dixerit: *Sapè numero si qui virtutis Magistri essent, omni studio inuestigauit, nec vnquam inueni, & si vna cum ceteris pluribus, atque his, vt videbatur, huius facultatis peritis, id quæsiui.* Ex hac igitur spiritualium Magistrorum inopia satis aperte horum librorum Venerabilis nostri IOANNIS ingens vtilitas apparet; siquidem in eis continetur tam solidum, securum, ac sublime Magisterium, ad quod non solum hi, qui ad prædictam perfectionem & intimam cum Deo vnionem tendunt, sed etiam eorum spirituales Magistri, & Confessarij tuto sese confugere possunt, quia propter eximiam huius celeberrimi Doctoris, in his rebus, sapientiam cum longa experientia coniunctam, insignemque vitæ puritatem, & perfectionem, quidquid ad hoc tam necessarium & difficile Magisterium desiderari potest, cumulatissimè in eius doctrina reperiant.

§. II.

Horum librorum in lingua vulgari vtilitas, & conuenientia demonstratur.

EX quibus etiam deducitur, non solum non esse nocuum, sed valde vtile, doctrinam hanc vulgari lingua scriptam præ manibus haberi: cum enim plures ex his, qui ad hanc cum Deo vnionem per contemplationis viam tendunt, simplices sint, ac Latinæ linguæ ignari, vel in ea non multum periti, vt experientia ipsa satis comperitum est, & ratio id conuincit, eo, quod prædictæ personæ à rerum tumultu, ac negotijs alijsque curis, quæ mentem distrahere solent liberis, & expediti esse soleant, non est dubium, quin ad contemplationem, familiaremque cum Deo vsum, satis apti sint, quia, vt docent D. Greg. lib. 6. moral. cap. 28. D. Thomas 2. 2. quæst. 180. artic. 2. D. Bonavent. in prologo libri de regimine conscientia, vel fonte vitæ, & communiter SS. PP. ad contemplatiuam vitam valde conueniens est, ab exteriori actione, & immoderata occupatione, aliarumque rerum curis quiescere, impeditur enim actus contemplationis per tumultus exteriores, & curas.

Cum ergo plures ex his, qui contemplationi vacant simplices, ac Latinæ linguæ ignari, vel parum in ea exercitati sint, conuenientissimum sanè fuit, doctrinam hanc ad eò illis vtilem, & necessariam taliter scribere, vt commodè possent illam intelligere, eaque vti, quod, nisi vulgari lingua eam præ manibus haberent, nequaquam assequerentur; maximè, cum plures ex his spiritualibus, & simplicibus personis sapè, vel ratione status, vel alijs de causis spiritualem Magistrum in his rebus peritum, vel alios viros doctos, quos consulant, habere nequeant. Vnde nisi in aliquo libro, vulgari lingua scripto, ea, quæ ad hanc tam sublimem, & reconditam, ipsiusque necessa-

B.
Joannis
à Cruce

Opera
mystica

NVI

124

riam materiam pertinent, inueniant, ac præ manibus habeant, spiritualis doctrinæ alimento omnino carebunt, fameque miserè confumentur, eruntque de numero illorum, de quibus supra diximus verificari illud Thren. 4. n. 4. *Adhæsit lingua lacrimis ad palatum eius in siti: paruuli petierunt panem, & non erat, qui frangeret eis.*

35.

Sed non solum ad huiusmodi animarum utilitatem, verum etiam ad spiritualium Magistrorum lucem, id ipsum conuenientissimum fuit; cum enim plures ex illis in Theologia Mystica, ac spiritualium rerum experientia (quæ, ut infra ostendemus, ad hoc spirituale Magisterium præcipuè spectanda est) non parum exercitati, in sapientia tamen sæculi, ac Latina lingua non admodum eruditi sint, oportebat sanè doctrinam hanc in hac materia ad eò securam, & salutarem, taliter ipsis offerre, ut absque difficultate possent illam intelligere, eaque ad proprium munus exercendum commodè uti, quod nisi in vulgari lingua eam præ manibus haberent, vix agrè allequi possent, & ideo maneret huius sublimis doctrinæ ingens Theaurus, respectu plurimum, tam ex Magistris spiritualibus, quam ex discipulis, absconditus, eoque ipso respectu illorum inutilis, iuxta illud Eccl. 20. *Sapientia abscondit 4. & Theaurus inuisus, quæ utilitas in vtrisque?* Imò reprehensionem mereretur sublimis hic Doctör, si doctrinam hanc in his temporibus ad eò necessariam, utpote quæ in præcauendis illusionibus, quibus plures personæ decipiuntur, tota vertatur, sub Latini Sermonis velamine absconderet, id namque esset abscondere animarum frumentum, in tempore publicæ necessitatis, & famis, quod Deo valde ingratum est, iuxta illud Proverb. 11. num. 26. *Qui abscondit frumenta, maledicetur in populis.*

36.

Hanc autem ingentem utilitatem confirmat experientia ipsa, tam in his libris sublimis nostri Doctöris, quam in alijs similis argumenti, qui in vulgari lingua circumferuntur, nam, ut modo omittamus vberimos fructus ex doctrina IOANNIS nostri à pluribus, tam sapientibus, quam simplicibus huc vsq; collectos, quis nesciat, cum quanta animarum utilitate plures libri de oratione, & contemplatione, necnon, & de diuinis visionibus, ac reuelationibus agentes, vulgari lingua, in omnium manibus circumferantur? cuiusmodi sunt libri illi, qui Hispano sermone vocantur, *Abecedarij*, & etiam alij, qui inscribitur, *Item, Ascensus Montis Sion*, ex quorum lectione S. Mater nostra THERESA (ut plures alias personas omittamus) magnam utilitatem experta fuit, eo tempore, quo spirituales Magistros, qui eius spiritum intelligerent, non inueniebat, ut ipsa met cap. 4. & 23. suæ vitæ testatur: similiterque in lingua vulgari circumferuntur, cum magna utilitate liber Theologiæ Mysticæ D. Bernardinæ, Exercitia Nicolai Eschij, Vita, & reuelationes S. Gertrudis, S. Catharinæ Senensis, & Venerabilis IOANNÆ DE LA CRUZ, alijque libri similis argumenti, nostri Hieronymi à Matre Dei, alias Gratiani, Molinæ Carrhusiensis, Albaradi, & aliorum plurium, & ut cæteros omittamus vnus pro omnibus sufficiat liber S. Matris nostræ THERESIÆ, sublimis contemplationis doctrina, Mystici nostri Doctöris doctrinæ omnino similis, diuinisque reuelationibus referens, qui ut supra cap. 1. à num. 8. diximus in omnibus fere linguis, cum communi admiratione, & utilitate, totiusque Ecclesiæ, ac Summorum Pontificum approbatione præ omnium manibus haberetur: ex cuius doctrina (ut benè notauit sapientissimus Magister Luisus Legionensis supra citatus) nullus vnquam deceptus, aut illisus inuentus est. *Si*

ergo

ergo ex his libris, qui de hoc argumento vulgari lingua tractant, tam ingens vtilitas in Ecclesia Dei experimento ipso comprobata est, nulla apparet ratio cur de vtilitate librorum Venerabilis nostri IOANNIS, vbi hæc eadem doctrina adeo securè, & prudenter tractatur, possit cordate dubitari.

Quod etiam ex eo magis confirmatur, quia plures SS. Patres, tam Græci, quam Latini de huiusmodi, & alijs rebus valde sublimibus in proprio, & vulgari idiomate, quod respectu illorum, & gentis ad quam scribebant, Græcum, vel Latinum erat, suos libros ediderunt, ex quo non damna, sed ingentia commoda, & vtilitates in Ecclesia Dei secutæ sunt.

Imò addimus, quod etfi ex alijs libris, qui lingua vulgari de hoc argumento tractant, modica vtilitas, vel etiam incommoda aliqua sequuta essent (quod, vt vidimus, verum non est) tamen in doctrina Mystici nostri Doctoris nullum fundamentum, aut occasio id prudenter timendi, sed potius ingentem sperandi vtilitatem, inuenitur: etenim damna, quæ ex huiusmodi libris, vt in plurimum oriri solent, proueniunt ex inordinato aliquo appetitu diuinarum visionum, ac reuelationum, aut aliarum rerum huiusmodi, ex quibus sanctitatis fama, proprijsque nominis celebritas acquiri solet, ex quo appetitu aditus ad plures errores, Dæmonis illusiones, & vitia aperitur: at doctrina hæc IOANNIS nostri non solum appetitum hunc non excitat, quin potius illum omnino extinguit totus enim est prudens hic Doctor in tali appetitu damnando, & extirpando, frequentissimè docens, non esse curandum de huiusmodi visionibus, ac reuelationibus, imo potius eas, communiter loquendo, respiciendas esse, spiritualesque Magistros valde hortatur, vt à suis discipulis earum amorem, & æstimationem auferant: totamque suam doctrinam eo dirigit, vt animas absque villo talium rerum adminiculo, sed solo fidei lumine innitendo, propriæque mortificationi internæ, & externæ semper incumbendo ad intimam cum Deo vniõnem ducat, & ita tota eius doctrina carni, & sanguini, ac vano honoris appetitui, proprioque amori est valde aduersa, adeoque rigida, vt potius timendum sit, ne homines ab ea deterreantur, quam ne propter illam, ad prædictarum rerum vanum, & inordinatum amorem excitentur: quod optime præsensit ipse Venerabilis noster IOANNES, dum in prologo suorum librorum sic scripsit: *Arbitror nihilominus, quod licet hæc sublimiori exactiori que stylo tractarentur, quam hoc loco nos fecimus, non multorum palato bene saperent, nec à multis exoptarentur. Non enim hic valde moralia ex spiritualibus, quibus per suauia & iucunda ad Deum ire placet, gratia tradentur, sed substantialis solum, & solida præsertimque doctrina, si tamen ad spiritus nuditatem, de qua hic agitur, peruenire voluerint. Tantum igitur abest vt doctrina hæc occasionem ad prædicta damna præbeat, vt potius saluberrimum contra illa antidotum contineat, & ideo de eius ingenti vtilitate, etiam in lingua vulgari dubitari non potest.*

B.
Iuannis
a Cruce

Opera
mystica

NVI

124

S. III.

Insignis aucto ritas Magistri Luisij Legionensis
ad hoc propositum adducitur.

19. **T**ANDEM ad hoc propositum non possumus non adducere insignem respon-
sionem, quam simili obiectioni aduersus libros S. M. N. THERESIAE factae pra-
buit sapientissimus ille Magister, Luisius Legionensis, in Apologia citata, ubi sic ha-
bet: Et ad primum, ut pateat esse calumniam praesuppono. Orationem vnionis esse suspensionem
Anima in Deo, quae accidit, quando oranti & in discursu intellectuali existenti, Deus applicando
sua virtutem, & potentiam eum ad se trahit, eique suspendit discursum intellectualem, & acci-
dit voluntatem eius vnitorio amore. Hoc praesupposito, Dico: Verum esse huius vnionis mentionem
haberi in istis libris, & in illis declarari, quid sit ista vnio, & in quo consistat: item de bonis effici-
bus quos causat, quae ratione valeat cognosci, & discerni vera à falsa, & si hoc est illam edocere,
verum est hos libros illam docere: sed quare: talis doctrina quod nocuum est adfert, vel quod non
inconueniens in se continet, quod si asserere velint, tale orationis genus minime reperiri falsissimum
quid asserunt, & in sanctos maledicti sunt, qui de hoc scripserunt, imo contra ipsam Fidei verita-
tem: constat quippe ex Sacra Scriptura dari orationem raptus seu ecstasis & ubi tale orationis ge-
nus reperitur, habetur & illud quod vocamus vnionis: si vero fateantur, uti illos fateri oportet, da-
ri tale orationis genus, non rectè asserere possunt hoc malum esse, cum illud Deum elargiatur: & si
datur & bonum est, quae nam ratione malum esse poterit tractare de tali vnione, eiusdem demon-
strare qualitates, fallacias detegere, quae hoc in itinere occurrere possunt; ne gradientes per istud de-
cipiantur.
20. Si vterius dicant, hanc orationem per regulas, & precepta minime acquiri posse, maximum
dicunt veritatem: & hoc est omnium primum monitum horum librorum, ac proinde nulla illis
dant precepta nec regulas, solum orationis studio incumbentes admonent, quod si ad hunc orationis
gradum pertingere cupiant, magnam conscientiae puritatem sententur oportet; cor in superbia
terrenis auellant, ad ea quae perfectiora sunt, semper adspirent, ut sunt precepta & consilia Eua-
gelica, si ergo hac vnionis via est bona & perfecta, bonum quoque est & necessarium haberi libros,
qui de ea tractent, & qui ostendant eius naturam, qualitates, & semitas. Cur conueniat librum
reprobare, qui est dux via bona? Quod si expediat talia non scribere, ideo erit, ne sciantur, & si hoc
conuenit, idcirco erit quia expedit ea non deduci in usum. At nemo sanè erit adeo hebes & ignorans,
qui hoc ipsum ausit asserere: imo è contra quia eius usus utilis est, etiam scientia erit necessaria: ac
propter hanc ipsam rationem maxime proficuum eam scribere.
21. Respondeant mihi qui ista proferunt, quibusnam nocuum est aliquid cognitio huius vnionis
adferat: an illis qui de ea tractant? minime: quia communicatur illis lumen ad hoc ipsum quod
pertractant melius edocendum. Isti vero qui non agunt de ijs quae hic legunt, alterutrum necessari-
percipiunt, vel admirationem de Deo super delictis, quibus suos fouet; vel desiderium sequenda istam
viam, & deserendi totum ut Deum iam sibi amicum experiantur: quae duo motiua, ut per se patet,
utilia sunt.

Videtur

Videtur tales, qui ad ista attendunt, nullos prater hos vidisse libros, & ignorare alios quosq; reperiri scriptores, qui de eadem materia pertractant; quam ergo iniustitie labes est, ab his dumtaxat scriptis caeteris sibi, que inter alia millena scripta versantur? Videant S. Bonauenturam, Richardum à S. Victore, Ioannem Gersonem, & si conscriptos in lingua vulgari exoptant, videant tertiam partem Abecedariorum, & videbunt esse exiguum quod B. Mater THERESIA hoc in genere scribit, respectu eorum que alibi & dicuntur, & exarantur, & hoc quo ad primum. Huc vsque Legionensis loco cit. qui etiam in epistola scripta ad Moniales Monasterij Mattitensis Ordinis nostri, que in principio operum S. M. N. THERESIE habetur, sic ad propositum loquitur.

21.

Iam reliquum est, respondere nonnihil his, qui adeo hosce libros periculosos censent, quod res, nimis quam subtiles, & sublimes tractent, quas ad vniuscuiusque genium non facere, nec ad omnes, passim spectare aiunt. Cum ergo tria sint hominum genera, quorum alij de factis orationi intendunt, & vacant, alij si vellet, ei possent intendere, alij denique ob status sui conditionem, prorsus, etsi vellet, non possunt; peto iam ipse, quibusnam horum libri huius lectio periculum sit creatura? an spiritualibus: nequaquam: nisi fortassis alicui noxium & periculosum sit, nosse quid faciat, & cuius rei professionem faciat. An vero his, qui orationi vacandi occasionem quidem habent, sed negligunt? multo minus: inueniunt namque in his libris, non solum qui ipsos, cum eam exercere volent, conuocet, & viam commoneat; verum etiam qui eos excitet atq; animet, ut hic animum applicent. Quod profecto magnum bonum est. Tertij ergo generis hominibus, quid est, quod hic noceat, & periculum creet: an nosse, quod Deus hominibus amabilis, affabilis, & blandus est? quod eum inueniat, qui se ab omni prorsus re sequestrat, & denudat: quas anime delicias afferat? quale sit inter eas quas illi conferet consolationes discernere: quo eum modo depuret, expurger, & velut sublimet? Quid hic, quaso est, quod cognitum legentem non sanctum reddat: quod non quandam in ipso Dei admirationem excitet, ipsumque ad eum diligendum inflammet? si ergo operum horum exteriorum, que Deus in rerum creatione & gubernatione peragit, consideratio quedam communis boni: in omnium hominum vsu, schola sit, quomodo arcanorum eius mirabilium cognitio, cuiquam esse possit periculosa.

22.

Et licet fortasse quis ob malam suam dispositionem, aliquod hinc sibi damnum & noxam eliceret, anne idcirco tanto bono & vtilitati, & quod in tam multos dimanare possit equum foret iamnam occludere & illud impedire? eadem ratione possit & ab Euangelij predicatione cessari: nam ipsum, non recipientibus (ut Apostolus ait) maioris est damnationis occasio. Quae demum scripta sunt, etiam ipsam sacra Scripturam sub his comprehendendo, e quibus male affectus animus non aliquem errorem possit arripere & haurire? In ipsorum examine & iudicatione videndum est, num ipsa in se bona sint, & ad fines suos consequendos congrua, non autem quomodo sinister nuntiorum vsus eas sit usurpaturus, si enim ad hunc respicere velimus: nihil vsque eo sanctum est, quod non possit merito vetari ac prohiberi. Quid Sacramentis Ecclesia sanctius est? quam multos tamen inuenire est, qui ex sinistro eorum vsu & frequentatione deteriores fiunt? Diabolus, utpotè subdolos & vaser, & semper ad nobis nocendum excubans, in varios sese induit colores, seque in mentibus quorundam tanquam de proximi salute & bono sollicitum & prospicientem ostendit, quod, per speciem alicuius particularis damni auerendi, simul ab omnium oculis submoueat id, quod publice & in communi bonum & proficuum est? Nouit quippe damni plus se facturum in omnibus his, qui horum librorum lectione, aut vitam emendabunt, aut ad spiritualem perfectionem peruenient, quam compendij ex inscitia, aut prauitate huius vel illius priuati, qui ob malam suam

23.

f dispo-

B.
Joannis
à Cruce

Opera
Mystica
NVI
128

dispositionem huius offendiculum capiet, & periculum. Quare ne priores illos amittat, paucorum horum, quos alijs sexcentis modis corrupit & deprauavit, damnum magnificat, & nobis ob oculis ponit. Quamquam sicuti paulo ante dixi, neminem ita male dispositum esse sciam, qui inde damnum referat, quod nouit Deum amicis suis amabilem esse & quantum ipse in se suauis sit, & quibus acutius modis ad ipsum perueniant: quæ omnia hic tractatus quam cumulatissimè docet & tractat, ita ut vix quidquam probent, quod ipsi non dirigunt, & inadueniunt, & totum ad hoc viribus conuertunt, ne, quod ex sola ipsorum mente & proposito non fit, vllam apud alios auctoritatem inueniat. Quibus satisfacere & respondere omnino nolo, quod ex propria voluntate error ipsorum ortum habeat, vnde nec responsionem aliquam valent admittere, sed ceteros omnes rogatum velim, ne quo illis modo auscultent aut credant, quod hoc non mereantur. Huc vsque sapientissimos hic vir, cuius verba sic ad longum retulimus, quia proposito nostro adeò mirificè congruunt, ut pro defensione horum librorum mystici nostri Doctoris, data opera, conscripta à tanto viro fuisse videantur.

§. IV.

Proposita obiectionis responsio concluditur.

25. **C**ONCLVDAMVS ergo responsionem huius obiectionis, colligendo ex dictis non aliunde, nisi ex Dæmonis malitia, & inuidia plurium bonorum, quæ ex horum librorum Venerabilis nostri IOANNIS lectione facilliquè intelligentia secuta sunt, in posterumque cum maiori incremento proculdubio sequentur: ex hac ergo Dæmonis inuidia ortum fuisse aliquorum scrupulum, vanumque timorem circa huius doctrinæ, ad eò his temporibus vtilis, & necessariæ, & ab omni periculo liberæ, communitatem diuulgationem, sub titulo zeli boni communis, maximè cum huiusmodi reuelum & scrupulum non videamus in illis circa euulgationem aliorum librorum, qui quotidie lingua vulgari in lucem prodeunt, resque non solum inuiciles, & vanas, sed valdè profanas, & nocuas, quibus vitiatum hominum animus facillime adhæret, continent, & in plurium manibus, cum maximo eorum, & totius reipublicæ damno, circumferuntur.

26. Quod etiam optimè adnotauit Sapientissimus Magister Luisius Legionensis Apologia iam citata his verbis: Et sic dicendo concludo, quod citra vllam dubitationem credam, illos grauissimè à dæmone decipi, qui de his libris non eà qua par est reuerentiâ loquuntur: & quod ab impostore diabolo eorum lingua dirigatur, ad horum librorum euidentem firmitatem ipsis mediantibus prapediendum, si possit. Quod euidenter ex hoc patet; si enim spiritus Dei agerentur, prius & ante omnia condemnarent libros Cælestina, Equestres, & sexcentas alias Cassinianas aliosque plenos vanitate, & lasciuia, quibus momentis singulis insciantur, velut pessimum veneno innumera anima, sed cum non moueantur à Dei spiritu, istorum nullam mentionem faciunt, per quos deprauatur Christianitas, & morum bonitas, sed de illis loquuntur, & illos cantillant, qui bonos ordinant mores, qui recolligunt animam, & ad Deum maxima cum efficacia ducunt. Sarcus sacè

sanè esset zelum in euulgatione horum librorum auertenda, ac reprimenda exerce-
re, quam in impedienda diuulgatione librorum spiritualium, qui ad animarum pro-
fectum adeò vtilem, necessariam, ac securam (sicuti ostendimus, & ex dicendis ma-
gis constabit) doctrinam continent.

Nec huic indiscreto zelo suffragatur aueritas aliquorum ex SS. Patribus, & Do-
ctoribus asserentium res valdè sublimes non esse facile alijs communicandis: nam (vt
ex hac vsque dictis constat) huiusmodi communicationem, & diuulgationem cum
debitis circumstantijs, ita vt communis vtilitas prudenter ex tali diuulgatione sperari
possit (vt in præfenti contingit) nequaquam reprobant; sed potius suis exemplis, & do-
ctrina sua dent: solum ergo reprobare possunt talium rerum diuulgationem; vel cum
sit determinatè respectu personarum ad talem doctrinam capiendam inhabilium:
Magistri namque doctrina cum discipulorum captu proportionanda est, iuxta illud
Pauli, *Lac vobis potum dedi, non escam, nondum enim poteratis*, 1. Corinth. 3. n. 2. quod incon-
ueniens non reperitur, quando generaliter, absque huiusmodi personarum determi-
natione, doctrina scribitur, vt in eiusdem Pauli sublimi doctrina, quæ in eius epistolis
continetur, cernere licet: vel etiam earundem rerum euulgationem possunt reproba-
re, cum specialiter ratione circumstantiarum, loci, temporis, & personarum maius
damnum, quam vtilitas prudenter timeri potest, quod in casu de quo loquimur, op-
posito modo contingere, satis ostensum est: vel denique huiusmodi euulgationem
merito damnant, quando Scriptor, seu Magister taliter præsumit de rebus sublimibus,
cuiusmodi sunt nostræ fidei mysteria, disserere, vt ea omninò, & perfectè declarari, ac
ratione nostra assequi, & veluti comprehendi posse, denotet. Quod talium rerum al-
titudini, & profunditati valde derogat.

Cæterum, qui taliter de his rebus scriberet, vt potius rationis nostræ opus exclu-
dendum esse, intellectumque proprium in fidei obsequium captiuari debere, huiusque
fidei lumen in sublimibus rebus, cum magna subiectione, & reuerentia innitendum
esse doceret, is proculdubio rectissimè, & cum magna vtilitate, & iuxta sanctorum
Patrum documenta de his rebus sublimibus ageret. Quo pacto sublimem hunc Do-
ctorem nostrum de illis tractare cuiuscumque doctrinam eius legenti manifestum erit,
siquidem tota in eo versatur, vt animam per obscurum fidei lumen dum in huius vitæ
caliginoso loco degit, ad sublimem contemplationis, & vnionis cum Deo montem
ducat. Vnde ex doctrinæ huius euulgatione non damna, sed plures, & ingentes vtili-
tates prudenter sperari vnde quaque possunt, idque experientia ipsa iam comproba-
tum est, sed circa hoc argumentum de vtilitate horum librorum, videantur ea,
quæ duobus præcedentibus capitibus in præcedentium obiectionum so-
lucionibus, nec non ea, quæ cap. 2. in huius doctrinæ com-
mendationem diximus.

(:)

B.
Joannis
à Cruce

Opera
mystica
NVT
124

Incidenti quæ sitio fit satis.

29. Tandem, ut cuius obiectioni, aut scrupulo, qui contra hos libros in communi occurrere posset, plene satisfaciamus, placuit vitio adijcere rationem eius, quod aliquis posset inquirere: Cur, scilicet sublimis hic Doctor, sicuti in sua doctrinæ comprobationem, & confirmationem tot Scripturæ testimonia adeo subtiliter, ac subtiliter explicata adducit, sic etiam sanctorum Patrum testimonia non referat? Ex hoc namque occasio tribui videtur ad suspicandum doctrinam hanc non adeo conformem esse eorum doctrinæ, à quorum testimonijs abstinuit.

30. Sed suspensionem hanc vanam, & falsissimam esse ex dicendis in progressu harum observationum satis constabit; in quibus ostendemus IOANNIS nostri doctrinam in sanctorum Patrum Illustrumque Doctorum libris omnino contineri. Unde non ideo ab eorum testimonijs referendis abstinuit, quia ipsis aliquo modo minus consonam esse existimaret, sed propter duo. Tum nimirum quia satis illi visum est, doctrinam suam Scripturæ sacræ (quæ diuinæ sapientiæ Thesaurus est) firmissimis testimonijs frequenter comprobare, & confirmare, ut sic maximam apud homines auctoritatem, & robur obtineret, summamque fidem sibi conciliaret. Tum etiam, quia intendebat doctrinam hanc, quantum fieri posset, breuiter, & sine prolixitate fastidio, atque ad legentium solam vtilitatem, non autem ad propriæ eruditionis ostentationem scribere: & ita, cum ex Scripturæ sacræ testimonijs debitum suæ doctrinæ robur præbuisset, ab alijs testimonijs adiungendis, quibus opus hoc nimirum exsuperaret, nec facile præ manibus haberi posset, & ita eius communis vtilitas impidiretur, libenter abstinuit, maxime cum eo ipso, quod demonstrasset eius doctrinam sacræ Scripturæ doctrinæ omnino conformem esse, eo ipso perspicuum remanebat, esse etiam conformem doctrinæ SS. Patrum, quam ipsi ex eodem fonte Scripturæ sacræ depromperunt. Nihil ergo remanet, quod aduersus doctrinam hanc in communi obijci possit, ea vero quæ circa propositiones aliquas in particulari occurrunt, in sequentibus discutientur.

CAPVT VI.

*THEOLOGIAM MYSTICAM, SICVTI
Et quamlibet aliam scientiam, vel artem, proprias, ac reconditas phrasas, aut locutiones sibi vendicare, quarum usus minimè ab alijs in tali scientia ineruditis iudicandus, aut taxandus, sed illius professorum iudicio (dum modo de veritate constet) relinquendus est.*

26. QVIA ex vtu phrasum, seu locutionum, quæ in Theologia Mystica speciales, ac propriæ sunt, oritur difficultas plurium propositionum, quæ in his libris
quibus

quibusdam nimis bene intellecta, & propterea notatae sunt, ideo, vt manifeste appareat nullatenus, propter has difficultates, doctrinam hanc minori commendatione dignam esse, necessarium sane fuit, id, quod in titulo proposuimus, in hoc capite praemittere.

Illud igitur in primis, tanquam certum statuendum est, in qualibet scientia, vel arte, licitum, imò & convenientissimum esse illius professoribus, pluribus locutionibus, ac phrasibus illius scientiae proprijs, quarumque legitimus sensus, his, qui in tali scientia, vel arte versati non fuerint, ignotus sit sapè, vti, quoties scilicet ad ea, quae sunt illius scientiae propria, conueniens iudicauerint; quae proinde locutiones ab alijs, quantumuis in alijs scientijs eruditjs, qui eas non bene capiunt, non statim reiicienda, vel damnanda, aut contemnenda sunt, sed earum iudicium his, qui in tali scientia eruditi fuerint, relinquendum, multumque praedictis Professoribus in hac parte deferendum est.

Huius veritatis ratio in eo fundatur, quod scilicet ad rectam nominum impositionem, ac loquendi modum necesse est rerum quibus nomina imponenda sunt, vel de quibus sermo instituendus est naturam perfecte cognoscere. Hac enim ratione D. Thomas 1. p. q. 13. ar. 1. ait: *Voces referuntur ad res significandas media conceptione intellectus secundum hoc igitur, quod aliquid à nobis intellectu cognosci potest, sic à nobis potest nominari, sicut hoc nomen homo exprimit sua significatione essentiam hominis secundum quod est &c.* Idemque docet art. 8. eiusdem quaest. nec non opusc. 73. his verbis: *Cum nomina sint signa rerum, & ipsas res nobiscum ferre non possumus in disceptatione veritatis ipsarum, ideo ipsi nominibus pro rebus vtentes, necesse habemus scire quid ipsa nomina signifcent, &c.* Quod etiam prius docuerat Plato, dum in libro, qui Phaedrus, vel de Pulchro dicitur in fine sic scripsit: *Memnisse oportet non prius posse aliquem dicendi artem ad summum calere ad persuadendum, atq; docendum, quam veritatem earum rerum quas dicit, aut scribit cognouerit, vniuersamque rem definire, & definitione posita rursus secundum species, vsque ad indiuidua diuidere nouerit.*

Vnde vt bene notauit Origenes homil. 2. in Iosue, & D. Ambros. in comment. epist. ad Rom. cap. 1. non casu, vel fortuito, sed ratione, & consilio nomina rebus ab Antiquis posita sunt, quod bene confirmatur, ex eo quod sacra Scriptura Genes 2. refert, scilicet: *Adduxisse Deum ad Adam omnia animantia terra, & vnuerfa volatilia caeli, vt videret quid vocaret ea, omne enim quod vocauit Adam anima viuens is ipsum est nomen eius, appellauitque Adam nominibus suis cuncta animantia, &c.* Ided namque id factum fuit, quia (verba sunt Abulentijs super hunc locum) *Adam cognoscebat proprietates animalium, & secundum has imponebat eis nomina, vt non solum cognitionem haberemus de rebus presentibus per visum, sed etiam de rebus absentibus per nomen, quod imponitur, ideoq; appellauit cuncta nominibus suis, id est, nominibus cuiuslibet speciei appropriatis, &c.* Quod etiam docet super eundem locum Hugo. Card. & ex huiusmodi nominum impositione colligit D. Thom. 1. p. q. 94. ar. 1. in argumento, sed contra Adam habuisse omnium rerum scientiam, quia scilicet ipse (verba sunt sancti Doctoris) *imposuit nomina animalibus, nomina autem debent naturis rerum congruere, ergo Adam sciuit naturas omnium animalium, & pari ratione habuit omnium aliorum scientiam, &c.*

Ex quo manifeste deducitur, quod cum soli sapientes, & periti in qualibet arte,

B.
Joannis
à Cruce

Opera
Mystica

NVI

128

vel scientia naturas rerum ad illam pertinentium perfecte calleant, ad ipsos dumtaxat spectat eisdem rebus nomina imponere, ac phrasibus, & locutionibus ad proprias materias recte significandas aptis uti, ut ea quae modo diximus satis probant, insuperque docuit Plato in libro, qui Cratylus, vel de recta nominum ratione inscribitur circa finem his verbis: *Necesse est scientem fuisse illum, qui nomina posuit, aliter autem, ut iam dudum dicebam, nomina nequaquam essent, &c.* Quae etiam de causa D. Hieron. Amos 1. *Natura illi est* (inquit) *ut omnes artifices artu sua loquantur exemplis, & unusquisque in quo studio suum autem, illius similitudinem proferat.*

5. Vnde etiam constat ad huiusmodi sapientes, & peritos in qualibet arte pertinere de recta locutione, nominumque, & phrasium ad illam artem pertinentium vsu, iudicium ferre, cumque circa hoc difficultas aliqua occurrerit, illorum iudicio, non aliorum, quamuis in alijs artibus periti sint, standum esse: id nam que in quavis difficultate, aut dubio circa propriam alicuius artis materiam seruari debere, optime pluribus adductis exemplis docuit citatus Plato in libro, qui Theaetetus, vel de scientia inscribitur his verbis: *Cum medicina quispiam imperitus in se ipsum sese incursum putat, atque ita sese calefactum iri, medicus autem repugnat contraria opinatus, verius illorum veram opinionem futuram ducimus? Num utriusque Ridiculum quidem id esset, quin etiam de vino, quod dicitur, vel austerum futurum sit, agricola non citharista opinio praeualet, nec de consonante, dissonante futuro, gymnasticus melius, quam musicus opinatur, quando vero parat a mensa esse, eunda sunt quae, ac de futura illarum futuitate aliquid praedicendum, nonne coqui opinio potior, quam alterius cuiuslibet popinarie Imperiti? quam ratiocinationem concludit sic in persona Socratis loquens: *Satis iam aduersus praeceptorem tuum dictum sit, quod fateri cogitur, alium alio sapienterem existere, eumque talem mensuram esse, me autem cum experis scientia sim, nihil mensuram sui cogit.* Idemque docuit dialogo de natura hominis circa principium. *Habemus itaque eum, qui in vnaquaque scientia sapiens, ac peritus est, debere esse mensuram, cui caeteri in illa scientia, vel arte imperiti, quamuis in alijs sapientiores sint, debeant in his, quae ad illam artem, vel scientiam pertinent, cuiusmodi sunt phrasae, ac locutiones illius artis propriae, aliaque huiusmodi, conformari.**

6. Hac de causa diuersarum artium, vel scientiarum Professores, iisdem vocibus, ac terminis materialiter sumptis, valde diuerso modo vtuntur, prout ad ea, quae in vnaquaque scientia propria sunt, significanda congruentius esse iudicat, & ita eisdem voces in hac, vel illa scientia longè diuersam obtinent significationem modomque dicendi, ac phrasim constituunt. Hac enim ratione Logici appellant, speciem id, quod Iurisperiti vocant, genus, nec non & indiuiduum sumunt illi, pro eo quod hi appellant, speciem. Mathematici tanquam principium per se notum constituunt, totum plus esse quam sui partem, cum tamen Politici affirmant diuidium plus esse quam totum, eò quod in his materijs prudentialibus, ac Politicis, dimidium denotat mediocritatem, totum verò supremam potestatem, & quia conuenientius est ad rectam gubernationem prudenti quadam mediocritate, quam suprema potestate dominij vi, ut bene docuit Plato dialog. 3. de legibus asserens Graecorum Rempublicam, & potentiam antiquum splendorem, & felicitatem ideò amisisse, ac veluti eueriam esse, Quae (verba sunt Platonis) illud rectissime dictum ab Esiodo ignorarunt, dimidium nomen, quam plus esse quam totum, quando videlicet totum comprehendere noxiu est, dimidium vero modeste se habet, &c.

Præterea Philosophi, ac Theologi, Scholastici annihilationis nomen pro totali rei desitione sumunt, cum tamen iuxta Scripturæ sacræ phrasim annihilatione profundam quandam humilitatem significet, iuxta illud Psalmi. 72. *Ad nihilum redactus sum, & nesciui, ut tibi incognitus noscer, & alij adnotarunt.* Eamdemq; annihilationem Theologi Mystici pro summa quadam summe, ac creaturarum omnium obliuione, ac derelictione ad Dei visionem ordinata sumunt. Philosophus deinde Moralis quamlibet nimietatem, tamquam vitiosam, damnabit, eò quòd virtus in medio consistit; at verò, iuxta illud Pauli ad Ephes. 2. n. 4. *Propter nimiam charitatem qua dilexisti nos Deus, &c.* Et Psalm. 111. *Beatus vir, qui timet Dominum: in mandatis eius cupit nimis.* Similiterque Moralis Philosophus superbiam, ac furorem non nisi in malam, ac vitiosam partem sumet; at vero iuxta Scripturæ sacræ phrasim, generositatem, maiestatem, ac supremam excellentiam significat, iuxta illud Prophetæ Amos 8. num. 7. *Iurauit Dominus in superbia iacob, id est, propter se ipsam, qui est bona superbia iacob, in quo etiam sensu verba illa Psalm. 92. *Dominus regnauit, decorem indutus est,* transtulit ex Hebræo Caietanus, *Dominus regnauit superbia indutus est,* & iuxta eandem phrasim sæpè Regius Pfalteres furorem Deo tribuit Psalm. 2. 6. 36. 37. & alibi, eundemque D. Dionysius spiritualibus substantijs sæpè adaptat.*

Præterea Philosophi, ac Theologi alicuius rei ignorantiam pro defectu, ac priuatione scientiæ sumunt: iuxta Scripturæ vero phrasim, ut videre est 2. ad Corinth. 5. & Matth. 25. num. 12. *Deus ignorare, & nescire dicitur, non quia alicuius rei scientia, & cognitione careat, sed quatenus eam non approbat, ut docet D. Thom. 3. p. q. 15. art. 2. ad 2. Origenes in Psalm. 36. homil. 3. & Hieronymus circa principium libri 8. commentar. in Isaiam.*

Insuper Morales Philosophi virtutis nomen adaptant habitibus inclinantibus ad actus bonos, & laude dignos, at vero iuxta Theologos nulla virtus sine charitate reperitur, ut bene notauit D. Thomas, quæst. 14. de virtutibus artic. 6. ad 4. his verbis. *Dicendum, quod Philosophi non considerant virtutes, secundum quod sunt principia actus meritorij. Et ideo secundum eos habitus non formati charitate possunt dici virtutes, non autem secundum Theologos, &c.*

Tandem (ut plura alia exempla omittamus) Philosophi absolute asserunt rem intellectuam esse in intelligente, & cognitam in cognoscente, quamuis re vera talis res secundum suum esse naturale longè ab illo distet, quia ad prædictam locutionem in illa scientia verificanda sufficit talem rem secundam sui speciem, ac representationem intellectuam, aut sensui cognoscentis coniungi: similique ratione iidem Philosophi asserunt amantem in rem amaram transformari, ibique magis esse vbi amat, quam vbi animat propter magnam inclinationem amorisque pondus, quo amans in rem amaram fertur, cum illaque affectiue vnitur, in quo sensu dicebat Paulus ad Galatas 2. numer. 20. *vino ego, iam non ego, viuis verò in me Christus.*

Ad hunc ergo modum nulla est scientia, ars, aut lingua, quæ proprias phrasas, ac locutiones peculiarem in illa significationem habentes sibi non vendicat, quas proinde, qui in illa scientia, aut lingua eruditus non fuerit, nequaquam callere poterit, & hac ratione impossibile omnino est Scripturæ sacræ sensum percipere, nisi plu-

res

B.
Joannis
à Cruce

Opera
mystica

NVI

128

res phrasas, ac locutiones, quibus plerumque vitur, præcognoscantur, pro quo plures regulas Cantapratensis in suo Hypotheseon, alijque Scripturæ Sacræ Interpretes assignant.

9. Ex quo etiam fit, ut sæpè alicuius artis, aut scientiæ professores aliquibus phrasibus, ac locutionibus tamquam proprio instituto congruentioribus, & ad res illius scientiæ proprias significandas aptioribus utantur, quæ tamen apud alterius artis professores tanquam incongruæ reprobantur, quo pacto D. August. titul. 2. in Ioan. circa illa verba Ioan. 1. *Qui non ex sanguinibus.* sic inquit: *Non timeamus seruas Grammaticorum, dum tamen ad veritatem solidam, & certiore perueniamus, &c.* Quod idè dixit, quia iuxta Latinæ linguæ proprietatem, sanguis pluralem declinationem non habet, quæ tamen sacer Interpres vsus fuit, tam loco citato, quam Psalm. 70. *Libera me de sanguinibus,* ut sic phrasim originalis textus melius exprimeret, quod etiam adnotauit D. Gregor. epist. ad Leandrum. Vnde Origenes homilia 3. in Cantic. eccl. dixit, *Melius est in interpretatione Scripturarum Grammaticos offendamus, quam scrupulum in veritatis explanatione ponamus.* Et Boëtius in præmio Porphyrij à se translato inquit, *Verbum è verbo expressum reddidi, quod in his scriptis, in quibus cognitio rerum quaritur, non laeulenti oratione lepos, sed incorrupta veritas exprimenda est, &c.* Cùm enim voces ad mentis conceptus exprimendos, veritatemque declarandam instituta sint, illa sane locutio, ac phrasis in vnaquaque arte, facultate, aut lingua congruentior erit, quæ ad ea, quæ talis artis propria sunt, declaranda aptior apparuerit, & idè quàmuis aliquis locutio vnius artis, aut scientiæ, ab alterius professoribus non plene percipiatur, vel illorum Instituto non adapretur, aut illis non placeat, non propterea ab eisdem, vel ab alijs reprobanda est, sed illius intelligentia ab eiusdem artis professoribus petenda, eorumque arbitrio eius vsui relinquendus, eorumdemque iudicio in hac parte standum est.

§. II.

Facultatem hanc potiori iure Theologiam Mysticam sibi vendicare ostenditur.

10. Hanc autem facultatem proprijs, ac specialibus vtendi phrasibus, ac locutionibus, potiori sanè titulo, inter cæteras alias artes & scientias, obtinet Theologia Mystica, ut bene adnotauit D. Bernard. ferm. 79. in Cantic. in principio, Sæcra tom. 2. de Religione lib. 2. de Orat. cap. 12. num. 17. noster Ioannes à IESV Maria lib. de Mystica Theologia in principio nu. 11. & sequentibus, noster Didacus à Iesv, in Annotationibus ad libros Venerabilis nostri IOANNIS À CRUCE, ac plures alij.

Cuius rei ratio desumitur ex altitudine rerum circa quas versatur, quæ quæ difficiliores, & abstrusiores sunt, eò per communes phrasas, & locutiones, vix valde inferiores, & impares, minus aptè explicari possunt: & idè nomina oportet excogitare, vel iam excogitata nouis vsibus accommodare ad eorum proprietatem.

vel aliarum scientiarum usum sæpè non attendendo, ut sic, vel tenui quadam adumbratione rerum diuinarum altitudo proderetur, sicuti in operibus D. Dionysij, eiusq; interpretibus, necnon & alijs Doctoribus Mysticis passim cernere licet, quæ proinde speciales phrasès non nisi ab ijs, qui in hac sublimi, & experimentalis scientia eruditi fuerint, poterunt perfecte intelligi, & idè cæteri, quamuis alias in speculatiuis scientijs non ineruditi sint, nequaquam ex eo, quod eas perfecte non calleant, occasionem ad eas reprobandas sumere debêt, sed potius quoties aliqua in illis, iuxta Scholasticæ Theologiæ regulas difficultas occurrerit, piè debent interpretari, ut D. Thom. in explanatione S. Dionysij suo nos exemplo docuit, beneq; notauit noster Ioannes à Iesu Maria loco citato num. 12.

Quæ omnia à fortiore confirmantur ex quadam doctrina Senecæ epist. 55. ubi sic habet: *Adhæc nunc quod artes quoque pleraque, imò ex omnibus liberalissima habeant decreta sua, &c.* Ex quo infert, nulla ars contemplatiua sine decretis suis est, quæ Græci vocant dogmata, nobis decreta licet appellare, vel scita, vel placita, & tandem concludit, *sequitur ergo, ut Philosophia cum contemplatiua sit, habeat decreta sua, &c.* Si ergo scientia naturalis cōtemplatiua propria decreta sibi vendicat, quantum magis scientia contemplatiua supernaturalis, qualis est Theologia Mystica, sua peculiaria decreta, suasque locutiones, ac phrasès eo difficiliore, & abstrusiores, quo obiectum sublimius est, obtinebit? Hac enim de causa Scriptura sacra, tot difficilibus locutionibus, ac phrasibus, sibi proprijs abundat, quia de rebus ad eò sublimibus agit. *Profundus enim sensus* (inquit rectè Cantapra- tensis lib. 1. Hypotheposeon cap. 1.) *lingua non explicat, & cum ipse sentiat, quid loquatur, in alienas aures puro non potest transferre sermone, &c.*

Sed ex eo adhuc huiusmodi necessitas peculiarium phrasium, ac locutionum ad proprias Theologiæ Mysticæ materias explicandas, manifestius colligitur, quod scilicet non solum hi, qui in hac scientia eruditi non sunt, sed etiam hi, qui harum rerum ad eò sublimium contemplatione gaudent, ac diuina frequenter patiuntur, ad eò impares locutiones omnes ad ea explicanda, inueniunt, ut nequaquam id, quod mente cognoscunt, ac in se ipsis experiuntur, valeant explicare, quo usque ipsemet Deus, loquendi, ac dicendi modum talibus rebus adaptatum, eos peculiariter doceat, ut Sancta Mater nostra THERESIA cap. 12. suæ vitæ his verbis testatur: *Ad multos annos ita constituta sui, multa quidem ut legerem, nec tamen eorum qua legebam, quidquam intelligerem, per longum quoque tempus ita disposita, ut, esto mihi Deus aliquid significaret, ne vel verbum tamen ego, ad illud expendendum efferre possim, quod non modico mihi labore consistit. Verum ubi Maiestas eius visum fuerit, vno momento docet vniuersa. Et paucis interiectis subiungit. Interim mihi nec petenti, nec cupienti Deus dabat, ut hæc in puncto ac momento ita clarè intelligerem, ut etiam alijs ea exponere possim: ad eò ut omnes non parum obstupescerent, & ego magis quam Confessarij mei, quod melius, quam ipsi meam ego stupiditatem intelligerem. & capit. 20. loquens de vnione, & eius effectibus inquit. Declarat hoc mihi Dominus sicut & cetera declarauit, nam sanè nisi Maiestas eius mihi inspirasset, quibus modis, & rationibus dici aliquid posset, id ipsa per me facere non potuissim. & cap. 23. subiungit. Monebat porro Confessarij, ut, quidquid ad orationem meam spectare putabam sedulo notarem, & ad ipsum deum referrem: sed in eo difficultas omnis erat, quod quæ & qualis oratio mea esset, exponere non possim: nam non nisi nuper admodum hanc mihi Dominus gratiam prestavit, quod intelligere, & exponere possim, quale id sit.*

B.
Joannis
à Cruce

Opera
mystica

NIVT

128

U.

Hoc idem optimè docuit, ac Scripturæ testimonijs, & exemplis comprobatis sublimis noster Doctor libro 2. Noctis Obscuræ, capite decimo septimo, his verbis. *Hæc sapientia est adeo anima occulta, vt illam agnoscere, nomenque illi, ad eam verbis explicandam imponere nequeat, nam præterquam quod nullo tangitur anima desiderio illam propalandi, nullum etiam reperit modum, aut rationem sicut similitudinem, qua illi omnino ad intelligentiam adeo sublimem manifestandam, tamque delicatam & insusum spirituale sentitum exprimendum satisfaciatur. Cuius rei suppetunt nobis auctoritates simul & exempla in diuinis literis. Inopiam siquidem ac insufficientiam exterius diuinum idioma manifestandi ac proferendi ostendit Ieremias, quando postquam Deus cum illo sermonem miscuisset, nihil aliud dicere scivit, præterquam A A A. Defectum quoque & insufficientiam interiorem, hoc est, interioris imaginationis sensus, nec non etiam exterioris, quantum ad præsens negotium spectat, ostendit etiam coram Deo in libro Moyses, quando non tantummodo dixit Deo se postquam cum illo verba fecisset loqui nescire; sed etiam (iuxta quod in Actis Apostolorum dicitur) ne considerare quidem audere, existimando imaginationem remotam admodum, & mutam esse. Cum enim contemplationis huius sapientia, idem Dei sit ad animam puri spiritus, cuiusmodi nequaquam sunt sensus; minime illud percipiunt: atque hæc ratio est illis secretum, neque illud norunt, neque verbis exprimere valent. Hinc elucere potestimus causam, ob quam nonnullæ persone hac via incidentes, qua sortitæ sint animas bonas, & iustas, cum rationem eorum, que diuinitus percipiunt, rectoribus suis reddere cuperint, nullo modo facere norunt aut valent, vnde & in proferendis illis magnam sentiant remitentiam.*

24.

Nec possumus præterite Diuum Bernardum, qui sermone octogesimo quinto, in Cantic, elegantissimè id docet; nam postquam de perfectionis gradibus, quibus anima ad vñionem, Deique fruitionem, qualis in hac vita haberi potest, ducitur, in præcedentibus egerat, sic subiungit: *Pergat, quis forsitan querere à me, quid sit verbum frui. Respondeo, quærat potius expertum à quo id querat, aut si & mihi experiri daretur, putæ me posse eloqui, quod ineffabile est: audi expertus: siue mente excidimus, Deo siue sobrijs sumus, verbum hoc est: aliud mihi, cum Deo solo, arbitro Deo: aliud vobiscum, mihi illud licuit experiri, sed minime eloqui. O quisquis curiosus es, scire quid sit hoc verbo frui, para illi non aures, sed mentem, non dicit hoc lingua, sed docet gratia: absconditur à sapientibus, & prudentibus, & reuelatur parauit. Magna, fratres, magna, & sublimis virtus humilitas, qua præmeretur, quo non docetur, digna adipisci, quod non valet addisci, digna à verbo, & de verbo concipere, quod suis ipsa verbis explicari non potest.* Cùm ergo huius sublimis, ac experimentalis scientiæ, nempe Theologiæ Mysticæ materia adeo sublimis, recondita, ac explicatu difficilis sit, vt adhuc illi, qui in ea experti sunt, sine speciali Dei supernaturali illustratione, de ea loqui non valeant, duo manifestè ex hoc deducuntur.

15.

Primum est, omnino à ratione alienum esse, velle prædictis professoribus modum, vel taxationem, iuxta Scholasticorum regulas, quas in suis phrasibus, ac locutionibus obseruare debeant, præscribere, sed potius (dummodo conserent ipsos veritati non contradicere) amplam facultatem eis concedendam esse, ad hoc, vt iuxta supernam, qua afficiuntur, illustrationem, nominibus, ac locutionibus peculiaribus, prout ad proprios conceptus, ac res diuinas aequaliter declarandas, conuenienter iudicauerint, vtantur, quamuis tales locutiones rigorem, ac proprietatem Scholasticam non seruent, qua scribendi, ac loquendi facultate omnes SS. Patres ac Doctores Mystici frequentissimè vsi sunt, vt in D. Dionysio, Bernardo, Bonauentura, & alijs

Secundum est, quod cum in hac sublimi scientia solum supremum illud Spiritus S. Magisterium, possit his, qui hæc diuina patiuntur, loquendi modum, ac phrasas, quibus ea explicant, edocere, credendum proculdubio est, Doctores Mysticos, qui post huiusmodi rerum experientiam de eisdem locuti sunt, vel scripserunt, cuiusmodi fuerit S. Dionysius, Bernardus, Bonauentura, Taulerus, Rusbrochius, Henricus Harphius, S. Mater nostra THERESIA, ac Venerabilis noster IOANNES, alijque similes, specialem Dei illustrationem, qua ad loquendum, vel scribendum fuerint edocti, habuisse, & ideo eorum phrasas, ac locutiones, utpotè à tam sublimi Magistro edoctas, sublimes quoque, ab alijs communibus longè diuersas, ac superiores, huiusmodi scientiæ valde proprias meritò extitisse; ac proinde quamuis hi, qui huiusmodi specialem illustrationem non habent, etsi in alijs scientijs eruditi sint, eas non caleant, non tamen propterea eas reijcere, aut damnare, sed humiliter venerari debent.

S. III.

*Id ipsum exemplis à terminis imperfectis, desumptis
in Theologia Mystica, confirmatur.*

EX dictis colligitur ratio, quare Doctores Mystici ad sublimes huius scientiæ materias aliquo modo de clarandas, frequenter vtantur terminis, seu nominibus imperfectis superperfectis, contrarijs, ac dissimilibus, vt in eorum libris, præcipue verò in operibus Diui Dionysij Ateopagitæ, Theologiæ Mysticæ Principis cernere licet.

16.

Et vt singulorum exempla breuiter apponamus, terminos imperfectos, sæpè ad res sublimes, ac diuinas explicandas aptiores esse, docet citatus Dionysius cap. 2. de Cælesti. Hic ita, his verbis: Porro, quod mentem, atque animum nostrum similitudines illæ, quæ videntur absurde, potentiùs inueniunt, atque ad diuina commoûus subuehant, nemo, qui rectè sentiat, arbitror, inficiabitur, nam siquidem quæque sunt apud nos preciosiora sumantur, quis non videat fore, vt per huiusmodi figuras oberrare incipiat animus, putans caelestes illas æthereasque substantias, rutilantis auri præferre speciem, virosque esse aliquos lucidos, & oris maiestate coruscos, decoros, & vestis candore conspicuos, ignemque innocuè de se mittentes, & cætera id genus, quibus Theologia sublimes illos spiritus pingit, & figurarum varietate describit, quod vis, ne illi paterentur, qui nihil celsius mortali hac luce, & corporum specie contueri queunt, excellens illa Sanctorum virorum, qui diuina nobis monumenta reliquerunt, sapientia, vt aduincula necessaria infirmis animis daret, ad eas quoque dissimilitudines, quæ absurde, singulari dispensatione descendit, nequaquam permittens imbecillam mentem nostram factis inharere imaginibus, atque illa prorsus acquirere, sed potius erigens animæ partem ad superiora tendentem, atque in honestate formatam à visibilibus omnibus reuocans, quasi fas non sit, nec verisimile omnino esse videatur, ne hi, quidem qui stolidioru, crassiorisque intelligentia sunt, caelestia illa, & diuina spectacula cum sacris rebus re vera similia esse, &c. Huc vtque Dionysius, cuius verba sic ac longum retulimus, quia rationem conuenientiæ huiusmodi imperfectis terminis ad res diuinas explicandas vtendi, optimè continent.

g 2

Et

B.
Joannis
à Cruce

Opera
mystica

NIVT

128

Et hac ratione sæpe etiam in sacra Scriptura nomina creaturarum infimarum, cuiusmodi sunt bos, leo, aquila, &c. Deo tribuuntur, ad eius sublimes proprietates aptius declarandas, quod optimè docuit D. Thomas 1. par. quæst. 1. articulo 9. ad 3. his verbis. Ad tertium dicendum, quod sicut docet Dionysius cap. 2. Cælesti. Hierarch. magis est conueniens, quod diuina in Scripturis tradantur sub figuris vilium corporum, quam corporum nobilium, & hoc propter tria: primo, quia propter hoc magis liberatur humanus animus ab errore, manifestum enim apparet, quod hæc secundum proprietatem non dicuntur de diuinis, quod posset esse dubium si sub figuris nobilium corporum describerentur diuina, maxime apud illos, qui nihil aliud à corporibus nobilibus excogitare nouerunt. Secundo, quia hic modus conuenientior est cognitioni, quam de Deo habemus in hac vita, magis enim manifestatur uobis de ipso quid non est, quam quid est, & idè similitudine illarum rerum, quæ magis elongantur à Deo, ueriores nobis faciunt estimationem, quod sit supra illud, quod de Deo dicimus, uel cogitamus. Tertio, quia per huiusmodi, diuina Magis occultantur indignis, &c.

Hæc ergo ratione Doctores Mystici imperfectis terminis ad res perfectas declarandas sæpe utuntur, quo pacto Rusbrochius lib. 2. cap. 24. de ornatu spiritualium nuptiarum feruentissimum in Deum amorem, impatientem uocauit inquiens: Hic amoris astus, quædam interna, impatientia est, quæ rationi morem gerere, & obsequi non uult, donec re amata potiat. Et Diu. Bonauentura, itiner. 4. æternit. dist. 5. artic. 2. perfectam Dei amorem, summam amentiam appellauit: quo pacto plures alias similes locutiones in Doctores Mysticos inueniuntur, quæ si ad proprietatem uerborum attendantur, omnino falsæ, ac reiiciendæ sunt, secus uerò, si sensus inspiciatur, qui congruentius per huiusmodi imperfectas locutiones exprimitur.

§. III.

Usus terminorum dissimilium, & contrariorum in Theologia & Mystica exemplis ostenditur.

18. **H**Ac etiam de causa terminis dissimilibus sæpe utuntur, cuius rationem optime tradidit citatus Dionysius ubi supra, his uerbis: Aliquando super substantialis Deitas ab eisdem laudatur scripturis honestissime, ac penè diuine, dum in eius laude dissimilibus utuntur signis, hic eam appellantes nominibus, quibus non quid sit, sed quid non sit dicitur. Hoc enim uerius, ut arbitror, in ipsa est, & de illa propriè magis asseritur, nondum illam esse aliquid negamus, ex his, quæ sunt, uerum profecto loquimur: si ergo in diuinis rebus negationes quidem ueræ sunt: affirmaciones uerò nequaquam tantis arcanorum latebris congruunt, illa sanè conuenientior in rebus inuisibilibus erit expressa, quæ per dissimilia signa monstratur, &c. Vbi Hugo Victorinus rectè subiungit. Non solum idè dissimiles figuraciones probabiles sunt, quod supermundi alium excellentias ostendant, sed etiam, quod nostrum animum magis, quam similes figuraciones à materialibus, & corporalibus reducant, nec in se quiescere sinunt, &c. Quod etiam ex his, quæ nuper circa terminos imperfectos ex eodem D. Dionysio, & D. Thoma diximus, magis confirmatur.

19. Ob similem quoque rationem terminis contrarijs ad eandem res significandas prædicti Doctores Mystici sæpè utuntur: quo pacto citatus Dionysius, ubi supra, ut
excl.

excellentiā quietis non otiosā, aut remissā, qua intellectuales illæ substantiæ fruuntur, exprimeret, *immūnē quietem appellavit*, cū tamen, iuxta verborum proprietatē, immunitas quieti omninō aduersetur. Similiter summam sapientiam non solum eandem substantiarum intellectualium, sed etiam ipsius Dei, appellavit, tam loco citato, quā ca. 7. de diuinis nominibus, *amentem, stultam, & irrationabilem*, huiusmodi appellationem ex Apostolo 1. ad Corinth. 1. num. 25. deducens, & quamuis, iuxta verborum proprietatem, amentia, & stultitia, sapientiæ omninō aduersetur; per huiusmodi tamen contrarios terminos, sublimis illius sapientiæ eminentiam congruentius declarauit, vt D. Thom. super citatum Dionysij locum, & D. Bonau. cap. 3. de Mystica Theologia p. 4. benè explicat.

§. V.

Terminorum superperfectorum in Mystica Theologia, vsus, ad idem demonstrandum, adducitur.

TAndem, propter eandem rationem, terminos perfectos à Deo remouent, vt alios superperfectos illi tribuant, quo pacto sæpè D. Dionysius, in suis operibus, præcipue verò cap. 5. de Mystica Theologia, & cap. 7. de diuinis nominibus, asserit, Deum intellectualibus operationibus carere, & non habere intelligentiam, nec quietem, nec virtutem, nec vitam, nec substantiam, nec scientiam, nec veritatem, nec regnum, nec sapientiam, nec vnitatem, nec bonitatem, nec spiritum: cū tamen iuxta verborum proprietatem, certissimum sit, iuxta fidem, & Theologiam, hæc omnia in Deo omnino formaliter reperiri. Cæterum, vt denotetur, hæc omnia non conuenire Deo, eo modo, quo hæc nomina, ex his quæ in creaturis reperiuntur deducta, significant, sed longè excellentiori modo, idè congruenter prædicta nomina à Deo remouentur, & non sapiens, bonus, &c. *Sed supersapiens, superbonus, &c.* appellatur, vt locis citatis ipsemet D. Dionysius docet, explica: q. etiam D. Thomas 1. p. q. 13. art. 3. ad 2. in quo etiam sensu, idem Dionysius loco citato ex Mystica Theologia, & D. Basilius lib. 5. contra Eunom. cap. 13. denominationem Patris, & Filij, & generationis Deo denegant, cum tamen sit fidei articulus, in Deo hæc omnia reperiri: vnde Theologus Scholasticus, qui ad solam verborum proprietatem, & rigorem scholasticum attendens, locutionem hanc dāpnatè, impudènter proculdubio se haberet, manifesteque ostenderet suam in Mysticis locutionibus, ac phrasibus ignorantiam.

Sed nullibi melius huiusmodi Mysticarum locutionum superperfectarum vis apparet, quam in locutione quadam, qua idem D. Dionysius c. 1. & 5. Mystica Theologiae vitur, appellans ipsam Trinitatem, *super Deam*, ac Deitatem illi denegans, cū tamen, si ad verborum proprietatem attendamus, aliquid supra Deitatem constituere, absurdissimum sit, nullum nomen Deo proprius, quā Deitatis nomen conueniat. Cæterum, iuxta conuenientissimam Theologiae Mysticae phrasim, Dei nās à Deo relegatur, & aliquid supra Deitatem constituitur, vt scilicet per hanc locutionē denotetur, Deitatem nequaquam conuenire Deo, eo modo, quo nos concipere possumus, sed alio longè sublimiori, quem aptissimè terminus ille, *Trinitas super Dea* exprimit.

B.
Joannis
à Cruce

Opera
Mystica

NVT

128

primit. Tandem multa (verba sunt Venerabilis nostri ac sapientissimi Ioannis à Cruce Maria, in sua Theologia Mystica, num. 14. & sequentibus) Theologi Mystici simpliciter minusque expresse, ac distinctè tradunt, qua lectori parum oculato imponere possent: non enim in verborum proprietate, vel accurata rerum digestionem, multum opera posuerunt, quod in aliorum scripturis; æpe contemplationem appellant, qua proprie meditatio est, petito (vt consuetudo) nomen à termino meditationis, qua propria solet contemplatione concludi; actum voluntatis proprium, nunquam cum intellectu actu commutat: puta, cum Dei sensui, gustui, vel experimento (que omnia voluntati congruunt) nomen visionis, notitiae, vel cognitionis adscribunt; more videlicet in externis sensibus vulgarissimo; nam qua quouis sensu percipimus, nos vidisse asserimus, &c.

22.

Has igitur omnes Mysticas locutiones à verborum proprietate, & scholastico rigore alienas, exempli gratia, pluribus alijs omissis, adduximus, vt sic stabilitum reueret, sublimem hanc, & reconditam Theologiae Mysticae scientiam, multò potius titulo, quam alia arte, aut scientia, proprias phrasas, & locutiones suis dumtaxat professoribus plenè cognitae sibi vindicare, qua proinde, etsi ab alijs in hac scientia non exercitatis, quamuis alijs eruditissimi sint, non omninò percipiantur, imò potius dissonae, vel disconuenientes, aut difficiles, vel etiam falsae, verborum proprietate, & scholastico rigore attentis, illis videantur, non propterea reiiciendae, aut damnandae, vel contemnendae ab illis, aut ab alijs sunt; cum earum usus frequentissimè apud Sanctos Patres, ac Doctores Mysticos, cum totius Ecclesiae approbatione, habeatur, sed potius pie, ac reuerenter, post humilem earum discussionem, & intelligentiam à petitis, & exercitatis in vtraque Theologia, Mystica, scilicet, & scholastica acceptam, interpretandae sunt, earumque usus (dummodo veritati Catholicae eas aduersari non constet) non ab alijs taxandus, sed professorum huius sublimis scientiae arbitrio, diuiniq; spiritus magisterio, quo in suis scriptis specialiter instruuntur, relinquendus est.

CAPVT VII.

SCIENTIAM NON MEDIOCREM,
sed summam, insuperque experientiam ad Mystica
Theologia sublimes materias, propriasque eius locutio-
nes, ac phrasas perfectè intelligendas, & sine errore iu-
dicandas, necessariam esse demonstratur.

1.

Ex his, quae capite praecedenti diximus, veritas in praesentis capitis titulo prepor-
ferenda, satis manifestè deducitur. Ceterum, quia ad iudicium de libris Mysticae
ferendum, & aliquorum indiscretam censuram, & temeritatem reprimendam, ea
valde necessaria est, eam in praesenti capite ex professo placuit confirmare.

Scientiam igitur, & non qualemcunque, sed eximiam ad huiusmodi materias, ac
locutiones Mysticas perfectè intelligendas, & absque errore iudicandas necessariam
esse, est communis Sanctorum Patrum, ac Doctorum sententia, quam ratio ipsa
mani-

manifestè probat. Etenim cum certum sit, neminem posse materias & locutiones allicuius scientiæ, quantumvis inferioris, perfectè callere, & iudicare, nisi in ea eruditus sit, ut experientia ipsa est notum, quanto magis id erit necessarium in materijs, ac locutionibus illius scientiæ, quæ cæteris omnibus in rerum sublimitate, difficultate, & ineffabilitate præeminet? cuiusmodi esse Theologiam Mysticam, nemo dubitat, & idèd, qui sine hac notitia, & eruditione de his rebus iudicare præsumperit, quàm plurimis proculdubio erroribus sese exponet, scandalumque plerumque parietur, ubi re vera nulla offensionis, aut scandali occasio erat. Vnde merito D. Dionysius cap. 1. de Mystica Theologia, huiusmodi imperitorum iudicium, ac temerariam præsumptionem præcauens, sic Timotheum, ad quem scribit, admonet: *Hac autem caute, ne quis imperitus, aut rudis exaudiat, &c.* Quod etiam D. Bonaventura de Mystica Theologia, part. 4. cap. 3. admonet.

Huius scientiæ necessitatem optimè multis in locis proficitur, & ostendit Sancta Mater nostra THERESIA, post longam de hac re experientiam, ac post plura damna, quæ à Cōfessarijs ac spiritualibus Magistris parū eruditis perpetua fuit. Vnde c. 5. suæ vitæ sic de hac re loquitur. *Erat in loco, quem curandi gratia adieram, sacerdos quidam, non contemnendus natalibus & ingenio, doctus quoque, sed non nisi mediocriter. Hunc ergo mihi in Confessarium delegi, quod litteratorum semper amans fui, esto mihi anima mea damni: atulerunt confessores, qui non nisi mediocriter docti erant: non enim poteram tam doctos semper reperire, ac quidem voluissim. Tam vsu ipso didici satius esse, eos, modo boni, beneque morati sint, nullas habere litteras, quam non nisi modicis: nam indocti cum sibi non fidant, necesse habent alios doctores consulere: neque etiam ego ijs fiderem. Vir bene doctus nunquam me decipit, neque etiam indocti illi me volebant decipere, sed quod plura non sciebant. Et cap. 1. Mansionis 5. sic ait: Paratissimus sum, ad ijs, quæ viri eruditissimi de illi censebunt, credendum: nam, quamvis forte hi hac ipsa non sint experti, habent tamen huiusmodi in rebus nescio quid singulare, adeo ut cum Deus eos tanquam lumen, à quo Ecclesia sua illuminetur habeat, si quando veritas aliqua declaranda venit, hanc ipsi aperiat, ut illis tradentibus, hac passim ab alijs admitatur. Et, siquidem dissoluti distractique non sunt, sed Dei famuli, ad illius magnalia nullatenus obstupescant, norunt quippe, illum plura & maiora posse. Et paucis ut complectar, quamvis forte horum aliqua scripto commissa aut declarata non sint, alia tamen scripta inuenient, è quibus videre possunt, hac & similia posse pertinere. Magnam ego rei huius habeo experientiam, quam esse quorundam semidoctorum meticulorum tractatione mihi paravi, ut mihi illa admodum carè steterit. Quæ vltima verba denotant id, quod ipsamet S. Mater THERESIA, citato c. 5. suæ vitæ refert, scilicet se per plures annos in via spirituali, ut par erat, non profecisse, quia eius Confessarij propter debitæ eruditionis & scientiæ defectum, ipsam non bene instruebant.*

Ac tandem c. 13. suæ vitæ id ipsum iterum commendans sic ait: *Qui autem per orationis viam incedunt, magis iuuari opus habent, & eo etiam magis, quo spiritualiores sunt. Equidem in ea sua sententia orationi incumbentem, & cum viris doctis conferentem, nisi ipsemet se decipere velit, non facile à diabolo per illusiones deceptum iri: crediderim namque demones doctrinam humilem & virtuti coniunctam non mediocriter timere: norunt enim per illam se deceptum iri, & magno suo cum damno in fugam conijciendos. Paulo ante etiam dixi, directorem & Magistrum esse debere spiritualem: at si hic non simul doctus ac literatus sit, multa sequuntur incommoda: sicut è contra magnum subsidium & auxilium confert, cum doctus, dummodò*

B.
Joannis
à Cruce

Opera
mystica
NVI
124

dummodo virtutibus praesent, agere licet enim docti spiritum non habent, multum tamen in
iuuabunt, ac Deus ipsis haud dubie inspirabit, qua discipulis suis proponere debeant, quin & spirita-
les eos efficiet, quo nobis viles esse queant. Nihil autem hac in re dico, quod non antea ipsa exper-
tum: hoc quippe mihi plus quam cum duobus contigit. &c. Plura alia adducere possemus, ut ne-
cessitatem scientiae ad sublimes Theologiae Mysticae materias, ac locutiones intelli-
gendas ostenderemus: sed quia veritas haec satis ex se manifesta, & ex dictis probata
manet, ideo hac parte omissa, ad aliam, quae experientiam requirit, iam accede-
mus.

§. II.

*Necessitas experientiae, praeter scientiam, demon-
stratur.*

4. **N**on igitur ad id sufficit scientia, sed insuper requiritur experientia; eò quod
Mystica Theologia non in speculatiua, sed in experimentalis Dei cognitione
consistit: & ideo hi, qui in speculatiua dumtaxat Theologia eruditi sunt, plura, quae
ad Mysticam pertinent, propter experientiae defectum, ignorat. Veritatem hanc com-
muniter SS. Patres, ac Doctores omnes etiam Scholastici docent, ut bene probant,
& ostendunt Venerabilis ille, ac sapientissimus Antistes, Archiepiscopus Bracara-
sis, Frater Bartholomaeus à Martyribus, in vtraque Theologia, Mystica scilicet, &
Scholastica insigniter eruditus, in 2. p. Compendij spiritualis in principio, & c. c.
Dionysius Carthusianus de Fonte lucis, artic. 13. Guillelmus Parisiensis, quem re-
fert, & sequitur Gerson c. 8. de Monte contemplationis, & tract. de Mystica Theo-
logia speculatiua, consider. 3. tit. 3. Alphabeto 64. liter. n. Suarez lib. 2. de oratione,
10. n. 8. Noster Hieronymus à Matre Dei, aliàs Gratianus, de Theologica Mystica,
in via vnitua c. 2. noster Thomas à Ies v, lib. 5. de contempl. c. 12. noster Ioannes à
Ies v Maria in lib. de Theologia Mystica, in princip. numer. 4. & 20. noster Dilu-
cus à Ies v, in annotationibus ad libros Mystici nostri Doctoris discurs. 1. §. 1. Magi-
ster Luisius Legionensis in Apologia pro libris Sanctae Matris nostrae Theresiae,
Molina Carthusianus tract. 2. de orat. cap. 6 §. 2. & 3. Albarado in Arte bene vitae
di. 1. lib. 2. cap. 35. Magister Basilius Legionensis, in Defensorio librorum Venera-
bilis nostri IOANNIS, propositione 32. pluresque alij.

5. In cuius veritatis confirmationem aliqua, ex multis SS. Patrum testimonio ad-
ducemus. S. igitur Bonavent. in prologo Mysticae Theologiae sic inquit: *Hac sapientia
in hoc differt ab omnibus alijs scientijs, quia in hac, primo oportet vsum habere in se ipso, quae
verba intell. gere, & practica hic praecedit Theoricam, & c.* Et in eodem lib. c. 3. p. 4. circa fi-
nem sic ait: *ista sapientia Anagogica, est quaedam Theorica per se distincta, & diuisa ab omni spe-
culatiua sapientia, quae omnem rationis apprehensionem transcendit: & quia multi Sapientes, &
Doctores hoc videre non praevalent, hanc summam sapientiam irrident, & in hoc per contemptum
Deum altissimum collatorem huius sapientiae impugnant: ideo cum Beato Dionysio, sed quod
magis est cum Domino Iesu Christo, rogo illum quicumque hoc scriptum in se perierit, ne iudicium
huiusmodi Doctoribus Philosophis, carnalem vitam ducentibus, vlatenus manifestet & c.* Con-
cluditque asserendo, *Quod si illi, qui hanc sapientiam irrident, eam experimento cognouerint,*

omnia qua à Doctoribus Mysticis dicuntur, multo melius, & multo iucundius experimentalis notitia veracissima approbabitur, &c. Eandem tradit doctrinam itiner. 6. æternit. dist. 1. pro ea D. Bernardum, & Hugonem referens.

Idem etiam docet S. Bernardus, multis in locis, & præcipue ser. 79. in Cant. his verbis: In epithalamio hoc non verba pensanda sunt sed affectus. Cur ita? nisi quod amor sanctus, quem totius huius voluminis vnam constat esse materiam, non verbo sit estimandus, aut lingua: sed opere, & veritate, amor ubique loquitur, & si quis horum, que leguntur, cupit adipisci notitiam, amet, alioquin frustra ad audiendum, legendum ve amoris carmen, qui non amat, accedit quoniam omnino non potest capere ignisum eloquium frigidum pectus, quomodo enim Græcè loquentem non intelligit, qui Græcum non nouit, nec Latine loquentem, qui Latinus non est, & ita de cæteris sic lingua amoris ei, qui non amat, barbara erit, sicut as sonans, aut cymbalum tinniens, &c. Vnde idem Bernardus ad Fratres de Monte Dei (vt refert Frater Bartholomæus à Martyribus citat. cap. 12. Compendij spiritualis) sic scribit: Multi fuerunt perfecti in Theologia Mystica, absque speculatiua, nunquam tamen Theologus aliquis speculatiuus tantum culmen perfectionis est adeptus, imo neque perfectus exiit in ipsa acquisita Theologia sine Mystica, &c. Cuius rationem citatus Auctor sic subiungit: Hoc autem ideo fit, quod nunquam alicui licebit Apostoli, aut Propheta verba intelligere, nisi scribentium plene imberit affectum: quomodo non poterit aliquis perfectè concipere, quid sit libertas Filiorum Dei, aut dulcedo diuini amoris, si eam nunquam experiri licuit, &c. Eandem veritatem tradit idem D. Bernardus serm. 22. in Cant. ibi: Porro in huiusmodi non capit intelligentia, nisi quantum experientia attingit, &c. Et serm. 31. & 85. in Cant. ac multis alijs in locis.

Idem etiam docuit Angelicus Doctor D. Thomas super illa verba Psal. 33. Gustate, & videte, quoniam suauis est Dominus, quæ verba sic perpendit, Experientia diuina bonitatis dicitur gustatio, 1. Patri 2. si tamen gustastis, quam dulcis, &c. Effectus autem experientie ponitur duplex, vnus est certitudo intellectus, alius securitas affectus, quantum ad primum dicit, & videte, in corporibus namque prius videtur, & postea gustatur, sed in rebus spiritualibus prius gustatur, postea autem videtur, & ideo dicit prius, gustate & postea, videte, &c.

Consonat Hugo Victorinus super 7. Angelicam Hierarchiam latus à D. Bonauentura itinere 6. dist. 1. his verbis: Magistra enim intelligendi est experientia, & ille optime iudicij veritatem cognouerit, qui eam non audiendo, sed gustando didicit, &c. Idemq; testatur Dionysius Carthusianus art. 13. de fonte lucis his verbis: Contemplatio est experimentalis cognitio Dei per vnicum amplexum amoris, seu sapida Deitatis notitia, dum ei supremus affectus apex per amorem vnitur ardentem.

Hac de causa S. Mater nostra THERESIA c. 13. suæ vitæ inquit: Per magni ergo refert, instructionem virum prudentem & cordatum esse, boni, inquam, ingenij & multa experientia: si præterea doctus sit & literatus, hoc magnum quid est, & peroptandum. At si tria hæc simul in vno reperiri nequeat, duo priora potiora, & maioris momenti sunt, &c. Et in libello qui inscribitur, Conceptus amoris diuini, super Cantica c. 6. ait: Non vero sicut quidam docti, qui quod per hunc orationis modum à Domino non conducantur, nec aliquod eius principium habeant, ita omnium ex rationis & ingeniorum suorum modulo mensuræ, intelligere volunt, vt per suas literas & doctrinam omnia Dei magnalia comprehensuri videantur &c. Et c. 34. suæ Vitæ sic inquit: Vnde grauiter erramus, cum credimus, nos ob plurimos annos contemplationi impensos ad cogni-

h tionem

B.
Joannis
à Cruce

Opera
mystica
NVI
124

tionem eius debere venire, quod sine experientia nullo modo haberi potest, & hinc est quod, vii dicit, plurimi errent, quod cum spiritum non habeant, eum nihilominus habere velint. Non dico autem, eum, qui spiritu caret, tamen doctrina vales, non debere dirigere illos qui spiritum habent: sed, illum tam quoad exteriora, quam interiora, in rebus naturalibus quidem, iuxta rationem & intellectum dicendum, in supernaturalibus vero iuxta sacra scripturae normam sese conformare debere, in reliquis autem ne caput suum torquat, nec intelligere se putet quod minime intelligit nec spiritus sufficit, nam hi quantum ad hoc iam tum ab alio maiore Domino gubernantur; neque enim Dominus vel superiore carent. Nam iterum dico, nisi experientiam habeat & maximam humilitatem, qua sibi persuadeat, se nihil hic intelligere, non propterea tamen id impossibile esse, & ipse valde parum iudicabitur, & etiam faciet ut in quem dirigendum habet minus proficiat &c.

Quam etiam doctrinam docet Venerabilis noster IOANNES in lib. Flamma amoris viue. Cant. 7. vers. 3. §. 4. ibi. Pro itinere isto saltem pro sublimioribus eius rebus in dicitur in medio tribus, vix dactorem aliquem perfectum, secundum omnes que ad officium istud requiruntur partes reperiet. Debet enim esse sapiens, discretus, & rerum istarum experientia conspicuus. Ad rectam enim directionem, gubernationemque spiritus, est fundamentum necessarium scientia sit & discretio: si tamen sublimiorum rerum experientia desit, ignorabit in illis quando à Deo conferuntur anima, tam dirigere, magnoque possit illi de rimeto esse &c. Tandem id ipsum omnes SS. Patres, spiritualesque Doctores, ac Magistri, imò & Scholastici proclamant, quorum omnia testimonia nimis longum esset recensere.

§. III.

Aliquando simplices personas esse sapientiores in Mystica Theologia, quam alias in speculatiuis scientijs eruditae ostenditur.

10. **I**mo prædicti Patres & Doctores non solum docent, experientiam ad id esse necessariam, sed etiam sapere personas simplices, & in Scholastica Theologia meritas sapientiores esse in hac Mystica Theologia, quam alias, quæ sine huiusmodi experimeto in speculatiuis scientijs eruditæ sunt. Vnde D. Bonau. in prologo de regimine cõscientiæ, vel fonte vitæ ait: Istum ergo librum offero intuentibus, non Philosophis, non mundi sapientibus, nisi magnis Theologiis infinitis questionibus implicatis, sed rudibus, & indoctis, magis Deum diligere, quæ multa scire contentibus: non enim disputando, sed agendo sciatur ars amandi, arborum autem ea, quæ hic continentur ab istis questionarijs, & in omni scientia summis, sed in amore Christi inferioribus, non posse intelligi, vnde nec eis scribere decreui, nisi postpositis, & oblitis cunctis, quæ ad mundum pertinent, sed huius conditoris in ardescant desiderio mancipati, &c. Id etiam docet de processu Relig. in 7. cap. 16.

11. **E**t D. Bernar. Ierm. 85. in Cant. O quisquis curiosus es scire, quid sit, hoc verbo frui, parum non autem, sed mentem, non docet hoc lingua, sed docet gratia, absconditur à sapientibus, & prudentibus, & reuelatur paruulis, quod idem ipsemet Bernardus docuit loco sup. cit. ex sermone ad fratres de monte Dei. Consonat Gerfon de Mystica Theologia speculatiua consider. 3. Alphabero 64. litera N. ibi: Quia ex his, quæ interiorius experientur, videtur contemplatiui perfectius diuina percipiunt, quam multi literati, &c. Similiter citatus Bartholomæus à Martyribus in 2. p. Compendij, c. 13. §. 3. licinquit: Hac Mystica sapientia, quam

quam Dionysius proprie Christianorum vocat, citius, ac sublimius idiotis simplicibus, qui nihil aliud quam salutem in timore, & tremore curant, quam eruditus Theologus confertur solet, nisi & ipsi toto mentis affectu humilitati studeant, &c. Qua etiam ratione S. Mater nostra THERESIA c. 3. suae vitae loquens cum suo Confessario, sic inquit: Non ergo plus nimio hoc mireretur aut haec impossibilia esse putet (Domino namque omnia possibilia sunt) sed fidem corroborare, seque humiliare studeat, cum videat Dominum fortasse veculam quandam hac in scientia peritiorum versatoremque facere, quam se, esse bene doctus & sapiens sit. Idem etiam docuit Suarez lib. 2. de orat. cap. 10. n. 8. his verbis: Sepe persona simplices divina gratia adiuva profundius, quam docti veritatem penetrant, & ponderant, &c. In cuius rei confirmationem D. Bonaventuram de processu religionis in 7. c. 16. adducit, idemque plures alij, quos prolixitatis evitandae gratia, omittimus, expresse docent.

S. III.

Quinam Theologi apti, vel inepti sint ad iudicium, de rebus, ac locutionibus Mysticis, ferendum, ex dictis concluditur.

EX quibus omnibus satis comprobatum manet, Theologos, qui in scholastica Theologia parce versati sunt, quique proinde non plene Theologi, aut literati; sed valde imperfecti, & dimidiati tales, seu semi-Theologi, aut semiliterati vocandi sunt, nullatenus esse aptos ad iudicium, de his rebus, ac locutionibus ad Mysticam Theologiam spectantibus, ferendum. Praedicti namque Theologi ad illorum numerum pertinent, quos S. Mater nostra THERESIA cap. 5. suae vitae, & cap. 1. Mansionis 5. vocat: *Semi doctos, meticulosos, &c.* & de quibus doctissimus Magister Luisius Legionensis in principio Apologiae saepe citatae asserit: *Male sinistreque de his rebus loquuntur, vel quia similia ignorant, vel quia se scire existimant, vel propter alios emulationis respectus, & horum censuram, offensionem, ac scandalum timebat etiam S. Dionysius, quando cap. 1. de Mystica Theologia, admonuit Timotheum, ad quem scribebat. Vide, quod nullus indoctorum hac audiat.* Hi namque qui, & si mediocriter in Scholastica & speculativa Theologia, minimè autem in Scriptura sacra, & alijs, quae ad consummationem Theologorum pertinent, versati sunt, potius indocti, quam docti appellari debent.

At verò alij Theologi, qui non solum in scholastica Theologia, sed in Scriptura sacra, ac SS. Patrum operibus, alijsque ad Theologiam pertinentibus, valde versati, & eruditi sunt, quamvis experimentam huiusmodi rerum divinarum in se ipsis non habeant, non poterunt quidem de his rebus omnino perfecte propter experientiae defectum iudicare, ut ex dictis satis constat. Ceterum non propterea ad spirituale magisterium, ac censuram de libris Mysticis ferendam inhabiles iudicandi sunt, quia & si huiusmodi res in se ipsis non experiantur, eas tamen, vel alias similes in Scriptura Divina, ac SS. Patrum, Doctorumque Mysticorum libris, in quorum lectione (ut supponimus) versati sunt, inveniunt, & ideo iudicare possunt an praedictae res, ac locutiones sint conformes rectae doctrinae, ac sacrae Scripturae Sanctorumque Patrum documentis:

h 2 quod

B.
Joannis
à Cruce

Opera
mystica

NVI
124

quod optimè S. Mater nostra THERESIA docet citato cap. 34. suæ Vitæ his verbis: Non dico eum, qui spiritu caret, tamen doctrina valet, non debere dirigere illos qui spiritum habent: sed illum tam quo ad exteriora quam interiora, in rebus naturalibus quidem, iuxta rationem et intellectus dictamen, in supernaturalibus vero iuxta sacræ Scripturæ normam sese conformare debere &c. Hoc idem docet cap. I. Mansionis sibi: Paratissima sum, ad ipsa vniuersa quæ de illis censentur, credendum: nam, quamuis forte hi hæc ipsa non sint experti, habent tamen huiusmodi in rebus nescio quid singulare, adeo vt cum Deus eos tanquam lumen, à quo Ecclesia sua illuminatur habeat, si quando veritas aliqua declaranda venit, hanc ipsis aperiat, vt illis iradentibus, huiusmodi passim ab alijs admittatur. Et, si quidem dissoluti distractique non sunt, sed Dei famuli ad illius magnalia nullatenus obstupescunt, norunt quippè, illum plura & maiora posse. Et paucis vt contemplantur, quamuis forte horum aliqua scripto commissæ aut declarata non sint: alia tamen scripta inueniunt, è quibus videre possunt, hæc & similia posse contingere. Magnam ego rei huius habeo experientiam, quam etiam quorundam semidoctorum metuisorum tractatione mihi paravi, vt mihi illa admodum carè steterit. Huc vsque S. Mater nostra THERESIA, cuius verbis præfens caput concludere placuit.

CAPVT VIII.

ERRORES HÆRETICORVM, QVI
Illuminati dicuntur summam proponuntur.

- i. **V**T manifestius constet, quantum distet sublimis nostri Doctoris præclara doctrina, à pestiferis erroribus illorum hæreticorum, qui Illuminati dicuntur, leu potius quantum prædictis erroribus aduersetur sicut tenebris lux, atque adeò etiam constet, quantum aberrauerint illi, qui, aliquas horum librorum propositiones huiusmodi erroribus infectas esse, aut illos redolere, vel illis fauere suspicari sunt, prædictos errores in hoc capite summam proponere placuit, vt cum in progressu huius Elucidationis singulas Mystici nostri Doctoris notatas propositiones reuulerimus, ac applicuerimus, id, quod nuper diximus, euidentius appareat.
Sciendum igitur est, humani generis hostem, nostræ salutis, ac spiritualis perfectionis inuidum, illud semper maximè curasse, vt orationis, & contemplationis viam, vt potè ad eò hominibus salutarem, totiusque spiritualis boni principium, ac fontem, vel omnino relegaret, vel saltem in aliquibus eam tot damnis, ac illusionibus immisceret, vt exinde apud reliquos suspecta haberetur, & huiusmodi periculorum, ac illusionum timore, ab ea homines auerterentur.
- ii. Hæc igitur de causa, prætextu orationis, & contemplationis, ac supernæ illuminationis, spiritum erroris, quibusdam Diabolus immiscuit, se in Angelulucis, illos illuminantem, transformans, vnde Illuminatorum nomen sibi impositum, pluresque errores pestiferos illis suadens; diuersisq; temporibus iam sepultos iterum excitans de quibus fit mentio in Clementina ad nostrum, de hæreticis, & Clement. I. de Religiosis domibus, & in extrauagant. de Relig. domibus, eosque referunt Eimericius in

Directorio Inquisitor. q. 7. 8. 9. 15. 16. & 17. & ibi, Penna in annotationibus ad illas
 quæst. noster Guido in summa tit. de hæresibus, Beguinarum, Aluarus, Pelagius lib. 2.
 cap. 52. D. Antoninus in summa. p. q. tit. 11. c. 7. §. 4. & 5. Præolus lib. 2. de vitis, & se-
 ctis Hæretic. c. 17. & optimè Rusbrochius lib. 2. de ornatu spiritualium nuptiarum c.
 76. 77. 78. & 79. vbi diuersa genera huiusmodi Illuminatorum ex professo refert,
 quos spirituales falsò otiosos appellat, eò quòd omnes hi hæretici Illuminati, cum
 legerent, vel audirent Doctores Mysticos, & contemplatiuos, Sanctosque PP. ho-
 minibus spiritualem orationis viam sectantibus, suadere creaturarum omnium re-
 nunciationem, sanctamque oblivionem, vt sic ad infusam contemplationis quietem,
 sanctumque orium, quòd 2. p. huius Elucidationis explicabimus, sese disponant, hu-
 ius quietis, & otij, vt potè facilitatis, ac suauitatis speciem præferentis in ordinato
 amore, quo non Deum, sed semetipsos amabant, capti, ad illudque sine mortifica-
 tionis labore, vitæ puritate, virtutumque exercitijs, alijsque dispositionibus, quas
 Sancti PP. ac Doctores Mystici ad id necessarias esse docent, peruenire cupientes, &
 ita perfectorum nomen, & famam ambientes, in vanas quasdam, & illusorias quie-
 tes, falsaque otia, seu potiùs stupiditates inciderunt, & ita vitam valde remissam, stu-
 pidam, negligentem, mollem, dissolutam, ab omni virtutum exercitio alienam, imò,
 & delitiosam, prætextu illius sanctæ quietis, & otij spiritualis degebant, à Dei amore
 omnino alieni, quin pot. us proprio, ac pernicioso sui amoris immerisi, in quæuis cor-
 dis sui desideria etiam turpia abeuntes, ne suam illam quietem perturbarent, plures-
 que Dæmonis illusiones, ac deceptiones, tamquam Dei illuminationes suscipientes;
 qua de causa semetipsos, præ cæteris omnibus, Illuminatos, ac sanctissimos appel-
 larunt.

Horum igitur Hæreticorum Illuminatorum, seu falsò otiosorum, quos diuersis in
 locis, ac temporibus Diabolus suscitauit, quatuor veluti sectas prædictus D. Ioannes
 Rusbrochius locis citatis optime adducit, ostendens quantum eorum falsa, & pesti-
 fera doctrina, ei, quam Doctores Mystici de contemplationis quiete, sanctoque orio
 tradunt, aduerletur. Vt ergo hæc omnia præ oculis habeantur, vt potè ad ea, quæ in
 progressu huius Elucidationis dicenda sunt omnino necessaria, celeberrimi huius
 Doctoris verbis ea in præsentem simul adducere, ac proponere placuit.

§. II.

*Prior Hæreticorum, qui Illuminati dicuntur classis, eius-
 que errores referuntur, & ex doctrina Mystici nostri
 Doctoris, aliorumque PP. reijciuntur.*

IN capite igitur 76. primam huiusmodi falsò otiosorum, seu illuminatorum sectã
 referens prædictus auctor, sic inquit: Hic tamen, antequam ad alia transeamus, opera præ-
 tium fuerit, commemorare quosdam, qui & si forinsecus boni videntur, cunctis tamen virtutibus
 contrariam agunt vitam; quos quor. enim i. haritatis supernaturalis experies viuunt, ad seipos re-
 flexi in rebus extraneis quietem captant, & aucupantur; ex ipsa siquidem natura creature omnes
 quietem

h 3

3.

B.
Joannis
à Cruce

Opera
mystica

NVI
124

quietem appetunt. Sed iam aduertatur, obsecro, quæ ratione quieti huic naturali vacent. Hinc Sectatores seorsum abeunt, manent que quieti, & otiosi, absque vlla interna, vel externa exercitatio-
ne, quo optata potiuntur requie, nec aliunde impediuntur.

4. Sed quàm noxia sit huiusmodi quies, necnon quieti illi supernaturali, de qua Doctores Mystici loquuntur, contraria, statim idem Rusbrochius his verbis adnotauit: Verum hoc pacto quieti dare operam, nefas est, & illicitum: huiusmodi namque quies quam Latini in hominem caritatem, & ignorantiam nihil scientem adducit, efficitque, vt absque omni actione, totus iners in se ipso subsidat, nec aliud quidquam ista quies est, quam otium remissum, cui adeo se tradunt illi, quos præ manibus habemus, vt quantum ad actionem attinet, & Dei, & sui ipsorum, & rerum omnium obliuione capiantur. Est igitur quies hac supernaturali illi, que in Deo possidetur, quieti planè contraria; quando quidem ea amorosa spiritus liquefactio est, cum simplici quiete in incomprehensibilem claritatem prospectu coniuncta, planè igitur falluntur quicumque se ipsi intentione prosequentes in naturali quiete molliter subsidunt, & nec desiderio Deum querunt, nec amore fructuoso reperiunt: siquidem quies eiusmodi in desidioso quodam consistit otio, quo permissus vacent, ad quod tùm natura, tùm consuetudine procliuus, ac propensi sunt, quo sane in otio quies magna, & delectabilis sentitur, qua tamen, secundum se ipsam, peccatum nullum est; verum si quisquam eam sectari, eique se se dedere velit, absque studio & actibus virtutum, iam quidem abii in ruinam, idemque ipse in spiritualem ruit superbiam, hoc est, complacentiam sui ipsius, quæ diuini visus quam benè curatur: vbi igitur quietem hanc ista ratione inerti in otio possidet, putatque omnem amorosam ad Deum conuersionem, & applicationem impedimento sibi esse, eadem ipsa quiete in se ipso subsidet, quod re vera omnis erroris spiritualis initium est. Huc vique Rusbrochius, qui optimè huius falsæ quietis, & otij damna, eiusque cum sancta illa quiete, & otio, ad quæ Doctores Mystici dirigunt, contrarietatem optimè adnotauit,

5. Huiusmodi etiam falsum otium, & quietem fugiendam esse optimè docuit Mater nostra THERESIA, c. 12. suæ vitæ, his verbis: Presumere porro aut cogitare, posse nos per nos intellectum nostrum suspendere, planè nos, vt dico, non oportet, vt nec operationem eam omstere, hoc quippe si fecerimus, instar statuarum insensibiles, stupidi, & frigidi manebimus, & res vnum nec alterum faciemus. At cum DEVS OPT. MAX. intellectum suspendit, & sistit, et adnotandi, & in qua se interim occupet, materiam dat; & efficit vt, etiam sine mentis discursu breuissimo tempore, plus intelligat, quam nos omni nostra terrena diligentia, & studio adhibito plures annis possemus comprehendere. Insania quaedam species est anime potentie occupatas tenere velle, ac cogitare nos eas sistere & quietas detinere posse.

6. Quod etiam multis suprà doctrinæ locis adnotauit, & monuit Venerabilis noster IOANNES, vt lib. 2. qui inscribitur Ascensu Montis Carmeli cap. 13. vbi agens de signis, quæ obseruare debet, qui meditationis, ac discursus viam relinquere debet, vt operari contemplationi vacet, sic inquit: Non posse discurrere, neque de rebus diuini meditari posse: hoc ex melancholia promanare, vel aliquo deprauato humore, qui cerebrum corque occupat, quoque solent producere in sensu suspensionem & impletionem quandam: qua efficiunt, vt nihil cogitet, nihil velit, nec libeat illi aliquid meditari, sed solum in illa sapida abstractione cupiat permanere. Contra quæ omnia debet tertium habere iudicium; videlicet notitiam & attentionem amorosam in pace & tranquillitate interna sicut diximus. Et cap. 14. sequenti huius rei rationem subiungens, sic ait: Verumtamen adducens nunc vnam solam rationem,

tionem, qua manifeste demonstratur, quomodo in euentu, quo Contemplatio premit-
 da sit meditationis via, necessarium illi sit, hoc aduertentia, amorosa, ac generalis
 Dei notitia indicium. Est autem haec ratio, quia si anima tunc temporis ista notitia vel in
 Deum assistentia destitueretur, sequeretur nihil illam tunc agere, nec intelligere: relicta
 enim meditatione & carendo etiam Contemplatione que est notitia generalis (de qua locuti
 sumus) in qua anima habet actiuas potentias suas spirituales occupatas, qua sunt memoria,
 intellectus, & voluntas; necessario illi vniuersum circa Deum exercitium deesset. Et pau-
 cis interiectis, addit: Quod si anima in nullo istorum exercitiorum detineatur, hoc est,
 nec in meditatione & discursu, potentiarum sensiuarum operatione vitatur; nec in con-
 templatione & notitia simplici, de qua iam dictum est, rebus iam receptis & operatione
 acquisitis, fruatur: sed in vtrisque otietur & vacaret, non esset vnde, vel quomodo
 possit diu occupata. Est ergo haec notitia necessaria ad discursum & meditationem relinquen-
 dam, &c. Huc vsque Venerabilis noster IOANNES, ex cuius verbis eviden-
 ter constat, ipsum nullatenus admittere falsam illam quietem, & otium Illu-
 minatorum, sed potius illud omnino reprobare, & damnare, atque aded
 sine manifesta calumnia praedictus error, nec leue aliquod patrocinium in eius
 doctrina obrinere potest, quem potius ex ea fortiter impugnatum manet, sta-
 bilitatemque salutarem quietem, otiumque sanctum debere desiderare, & rem-
 issionem cauere, vt optimè docuit Augustinus serm. 27. de verbis Domini,
 adnotans, vitam contemplatiuam, & otiosam, quae significata fuit per Ma-
 riam, nullatenus fuisse desidiosam, hanc enim, scilicet desidiosam (inquit) cauere de-
 bet otiosa, sed ad aliam iam huiusmodi Illuminatorum, seu falsò otiosorum sectam
 transeamus.

§. III.

*Secunda, & peior Illuminatorum classis
 refertur.*

Secundam igitur eorum sectam idem Rusbroch, cap. 77. citato referens, sic in-
 quit: Verum, ibi quispiam otiosam prorsus quietem, sine vlla ad Deum amorosa ap-
 plicatione, & conuersione, possidere instituit; is iam facile in quosiu poteris prolabi errores, quip-
 pò qui à Deo auersus, & ad seipsum amore naturali reflexus, solatium, suauitatem, & quidquid
 libet, captat, & aucupatur: interim tamen huius farinae quosdam inuenire est, qui rigidam, & aspe-
 ram viuendi teneant rationem, & magnè penitentia actibus inumbant; sed hoc tantum sine
 vi magna sanctitatis opinionem celebrem obtineant; omni enim naturali amor sibi ipsi cupit,
 & fauet. Quidam ex horum genere multa optione reuuntur, & eligunt multa, itemque plu-
 ra, rara, ac singularia presantur, & appetunt sibi prestari à Deo, quam ob rem fallun-
 tur sapius, permittente Deo, vt Damonum opera, obtingant, ea qua concupiscunt: quod
 tamen sua illi sanctitati tribuunt, & omnibus planè dignos se arbitrantur: nec id mirum, cum
 superbia morbo laborent, nec tacti, nec Illuminati diuinitus sint: haerent igitur, at-
 que subsidunt in se ipsis, prorsusque secundum appetentiam ad saporem, vel gustum internum,
 & spiritualia natura commoda captanda propensi sunt, qua luxuria spiritualis recte dici
 potest.

7.

B.
Joannis
à Cruce

Opera
mystica

NVI
124

potest, eo quod inordinata quadam naturalis amoris propensio est, semper ad seipsum reflexa, & suum commodum in rebus omnibus captantis, & expetentis, semper etiam spiritali laboranti propriis, & propriae sunt dediti voluntati; quo fit, ut affectu, desiderio, & appetitu usque adeo non cessent, quam ad ea ferantur, quae concupiscunt, & à Deo importunè obtinere contendunt, ut non raro desipiunt. Quidam etiam à malo spiritu occupentur; nimirum quotquot huius farinae sunt, omnesque etiam viuunt repugnantem charitati, & amorosa illi intrusioni, ubi se totum quis offert, & simul quidquid prestare, vel habere potest in honorè, & amorem Dei &c. Ecce pestiferam huiusmodi Illuminatorum doctrinam, & vitam, quam non minus à doctrina, & vita Venerabilis nostri IOANNIS distare, quam tenebras à luce adeò evidens est, ut nullos non omnino caecos de hoc valeat dubitare: quod patet, tum ex ipsius summaria vita in principio eiusdem opere apposita; tum etiam ex ipsis libris Venerabilis Patris, precipuè tamen ex primo libro de Obscura Nocte, à cap. i. usque ad 8. ubi dum imperfectionum recenset, haec Illuminatorum vitia describit, ac damnat, sed ad tertiam huiusmodi haereticorum sectam iam transicamus.

§. III.

Tertia, & pessima Illuminatorum classis refertur.

8. Hanc igitur tertiam sectam praedictus Doctor Ioannes Rusbrochius ca. 78. citato describens sic ait: Demè postea, quam naturali quispiam requie potitus est, & inerti otio possidet in cunctis actibus suis se ipsam spectans & in proprietate sua, obstinato animo inflexibilis perseverans, is planè neutiquam Deo uniri potest, eo quod vitam agat vitiosam, & libertatis expertem, est autem vita haec planè iniusta, erroribus spiritalibus, & omnigena aduersione abundans: hoc genus hominum Dei contemplatores se esse arbitrantur, imò omnium, quos otio habeat, longe sanctissimos esse se autumant, ob eam quam experiuntur, & in se ipsos otiosi ditionem, suam possident quietem, liberos sese putant, & absque medio, Deo unitos.

9. Neque id tantum, sed etiam transcendisse, atque subleuatos se esse supra omnem Ecclesiae cultum, & exercitium, ultra precepta Dei, supra legem, & actus omnes virtutum, qui villo possint excipi in medio: siquidem per suum sibi habent otium hoc tanta esse praesentia, ut nullis quamvis exemplis, & praeclaris actibus interturbandum sit, eo quod cunctis praesertim virtutibus; quamobrem mere servandam, ut ita dicam, passioni, nihil prorsus, neque sursum, neque deorsum accitantes, perinde, instrumentum aliquod in se ipso otiosum, artificem, dum operari velint, praestolatur; porro enim, quid ipsi moliantur operis, Dei opus praepeditum iri: sedent igitur ab omni virtutum studio & actione otiosi, idque adeò, ut nec laudes, neque gratias agere Deo, neque cognoscere, neque velle, neque amare, neque precari, neque desiderare velint; arbitrantur enim quidquid, vel petere, vel desiderare queant, id omne se iam obtinuisse, atque ita spiritu se iam pauperes esse, utpote qui voluntatis expertes sint, & omnibus valescerint, & absque ulla delectationis, vel optionis proprietate viuunt; putant inquam planè se expeditos, ac otiosos esse, & transcendisse omnia, iamque obtinuisse ea, quorum causa omnis Ecclesiae cultus, & exercitia instituta sunt, & ut ipsi aiunt, nec oportet, & neque ipse quidem Deus, quidquam eis, vel conferre, vel auferre possit.

Et enim pro suo iudicio, exercitia, cultum, & virtutes omnes excesserunt, & ad merum quendam pertigerunt otium, ubi à cunctis sint virtutibus absoluti, & hoc quidem, putant ut ita quidem in otio à virtutibus absoluantur, maiorem requirunt, aiunt, operam, ac studium, quam ad ipsas virtutes obtinendas; quapropter libertate gaudere volunt, neque parere cuiquam omnino; non Summo Patriarchae, non Episcopis, non Pastoribus, siue Praelatis suis.

Et licet foris quamdam sola simulatione præferant obedientiam, nulli tamen intus, neque actione, neque voluntate subditi sunt: quæcumque enim sancta astitit, & obseruat Ecclesia, ab his omnibus omnino vacant, & se volunt esse immunes, ac exemptos, & est hæc eorum sententia, donec quisquam virtutibus acquirendis dat operam, & gratiam appetit exequi Dei voluntatem, cum necdum perfectum esse: eo quod virtutes etiam nunc colligat, & comparet sibi, & spirituali hanc pauperatatem, atque otium ipsorum penitus habeat incomperta.

Et ipsi quidem supra omnes omnino, & Angelorum, & Sanctorum choros, siue ordines, atque premium omne, quod vlla ratione mereri quis possit, subleuatos esse se putant, ideoque nihil se vltra mereri, nullum vnquam amplius in virtutibus perfectum facere, sed neque peccatum deinceps vllum admittere posse, quippe qui voluntatis expertes sint, & spiritum suum Deo tradiderint in quiescere, & otio, adeoque vnum cum Deo effecti sint, vt in se ipsis penitus in nihilum redierint.

Hinc iam quidquam corpori liber, etiam plane licere sibi affirmant; vt otè qui ad statum innocentie redacti, nullam sibi habeant positam, ac præscriptam legem. Itaque si alicui rei, qualis ea sit, natura ipsorum corporea ex appetitu afficiatur, si spiritus sui otium, ea re subtrahenda, interturbari sentiant, aut aliqua ex parte impediri, nature indulgent, ac satisfaciunt desiderio, ne quod spiritus otium impedimentum patiat. Hac de causa ieiunia, festorum celebrationem, & præcepta denique omnia prorsus nihili pendunt, nisi forte hominum gratia secus agant: si quidem in omnibus absque vlla conscientia viuunt, nec quicquam nefas sibi esse arbitrantur. Tum vero tanta eorum colliditas, & versutia est, vt difficile possint ratione superari, &c. Huc vsque Rusbrochius, qui optimè horum falso Illuminatorum mores, & opinionones describit; & quamuis Doctor hic de antiquis Illuminatis sui temporis loquatur, eius tamen descriptio non minus Illuminatos nostræ ætatis, quam illos antiquos ad viuam exprimit: quia eadem prorsus falsa dogmata in hac descriptione contenta verbo, & opere sequuntur, quæ quantum doctrinæ Mystici nostri IOANNIS aduertentur, luce meridiana clariùs apparet, vt mitum sanè sic, posse aliquem sanæ mentis, vel leuiter suspicari, prædicta falsa dogmata patrocinium aliquod obtinere posse in hac Venerabilis nostri IOANNIS doctrina, quæ contraria omnino documenta, rigidam scilicet mortificationem, tam externam, quam internam, propriorum appetituum, voluntatis, ac iudicij omnimodam negationem; promptissimam Maiorum obedientiam, exactissimam præceptorum, & consiliorum obseruantiam, Angelicamque vitæ puritatem efficacissimè suadentia, remissamque illud otium, & lassam quietem, quam Illuminati à Deo magnificiant, damnantia passim & vbique continet: vt cuiuscumque hos libros legenti euidentissimum erit, sed vltimam iam huiusmodi Illuminatorum sectam referamus.

S. V.

Vltima Illuminatorum classis refertur.

DE hac igitur vltima secta citatus Rusbrochius sermonem instituens ca. 79. citato sic loquitur. Præter hos aliud quoddam hominum genus peruersum, hypocrisis, & simulationi deditam inuenire licet, qui tamen ab istis in certis quibusdam dissident, & sique contrarij sint, & hi quidem Deum patientes dici se volunt, & hæcenus, cum superioribus consentiunt, quod se quoque ab omni actione immunes, & otiosos putant, nec aliud nisi velut quoddam Dei instrumentum se esse, quo Deus quidquid, & vtrumque velit, agat.

Affir-

10.

11.

12.

B.
Joannis
à Cruce

Opera
mystica
NVI
.124

Affirmant igitur, absque vlla actione, tantummodo merè se pati, eaque opera, quæ Deo ipsi
sanquam sui organo perficiat, præclariora, ac meriti maioris esse, quam cuiuslibet alterius, quæ ipse
semet in Dei gratia peregerit: aiunt ergo Deum se pati, ac sustinere, nihil se ipsos agere, sed actio-
nibus Deum operari.

13. Deinde quemadmodum alij, sic etiã ipsi nullum se peccatum committere posse affirmant, eo quod Deo
in ipsi agat omnia, ipsi verò planè otiosi sint, & quidquid Deus velit, id per ipsos fieri nihil præterea
homines isti, omnimodis actione postposita, otiose dederunt, & omnis electionis, vel optionis experti
viuunt simplici, ac resignati præseferunt viuendi modum, & moderatè, ac æquabiliter ferre non
quidquid eis accidat, putant enim Dei instrumenta se esse, quibus à pro suo arbitrio utatur, & agat.

Ad quæcumque intus incitantur, siue ea virtuti consentanea sint, siue ab ea abhorreant, ea omnia
putant ex sancto Spiritu proficisci, difficile tamen est, fateor, istos agnoscere, nisi quis illuminatus sit,
& spirituum, ac diuina veritatis discretionem obinuerit, quidam enim ex eis acuti, & subtilis ad-
modum sunt, & ea quibus virtute aduersentur probe fucare, & velamina quadam eis præterea
nouerunt, propriaque voluntati dediti sunt, adeoque pertinaciter, & animo obfirmato se ipsos possi-
dent, ut antè mortem oppetere velint, quam vel ab vnico semel concesso articulo discedant, omnium
enim, quos præsens habeat vita, sanctissimos, maximeque illuminatos se esse autumant.

14. Discrepant autem à prioribus, quod se progredi, & mereri posse non regent, illi contra affirmant
nihil ultra mereri se posse, eo quod in vnitatis, & otiose possideant, vbi non luceat ultra progredi,
quando quidem nullum ibi exercitium est. Sed simul omnes isti peruersi, & mortali, omnium
multo pessimi sunt, haud secus quam ipse hostis tartareus fugiendi, siquidem vitam viuam contra-
riam Deo, iustitia, & sanctis omnibus, & sunt omnes re vera præcursoris Antichristi, viam istam ad
molem errorum, ac infidelitatem præparantes, ac munientes. Volunt namque absque Dei præceptis
& virtutibus immunes esse, ac liberi, & otiosi, ac vnitati Deo, sine amore, & charitate, Dei quocumque
contemplatores, absque amoroso contuitu, & viuendum omnium sanctissimi, absque actu sus-
cipiunt, dicunt etiam quiescere se in eo, quem tamen amore haud prosequuntur, & in eo subsistent
se esse, quem minime sentiunt, nec concupiscunt, & à cunctis denique virtutibus, & omni sui ad
Deum applicatione se vacare, & otiosos agere, ne quod Dei actionibus obiciant impedimentum,
quam ob rem otium, quod isti colunt, non nisi quædam impostura censenda est.

15. Huc usque celeberrimus ille Doctor falsa dogmata, & mores huiusmodi falso illu-
minatorum, & otiosorum describit, de quo etiam agit in Apologia de alia contem-
platione, quæ alias Samuel inscribitur c. 4. eisdemque errores refert, & impugnat sub-
limis ille Doctor Thauler, ser. 2. Dominicæ 2. quadragesimæ; quæ omnia falsa dog-
mata, cum his, quæ verbo, & opere hæretici nostræ ætatis, qui illuminari appellantur,
docent omnino coincidunt, & idè ad longum ea refert opera præcium esse duxi-
mus, ut sic euidentius appareat, eis doctrinam Venerabilis nostri IOANNIS, non
solum aliquomodo non suffragari, sed etiam illis vehementer aduersari, vanumque
illud otium, quod omnium prædictorum errorum fundamentum est, profus dam-
nare, cæteraque omnia, quæ ex tali fundamento prædicti hæretici deducunt, delectari,
ut tum ex dictis supra n. 6. tum etiam ex dicendis in progressu huius Elucidationis
manifestè constabit, imò cuiusque doctrinam Venerabilis nostri IOAN-

NIS legenti, nisi semetipsum, data opera, & malitiosè excu-
care velit, lucè meridiana clariùs mani-
festum erit.

CAPVT IX.

*Vnde aliquorum deceptio circa sinistram suspicionem,
minusque benignam censuram aliquarum pro-
positionum Venerabilis nostri IOANNIS
NIS orta fuerit, decla-
ratur.*

CVM sæpè verisimile dictum sit, doctrinam Venerabilis nostri IOANNIS, non solum non suffragari hæreticorum, qui illuminati dicuntur, falsis dogmatibus, sed etiam illis omninò aduersari, idque ex ipsamet horum librorum sincera lectione euidenter appareat, insuperque plures ex propositionibus infra referendis, de quibus aliqui sinistra suspicati sunt, quasi prædictorum hæreticorum doctrinam sapiant, ad eò sint doctrinæ nostræ fidei, SS. Patrum testimonijs, sanæ Theologiæ, ac veritati aptè conformes, vt nullatenus de eis potuisse rationabiliter dubitari videatur: his igitur de causis meritò posset aliquis inquirere, quonam pacto fieri potuerit, viros aliquos non omninò ineruditos adeo deceptos fuisse, vt sinistram hanc, de prædictis propositionibus, horumque librorum doctrinam, opinionem, vel suspicionem conceperint, propositionesque adeò manifeste veras, minus benigna censura dignas existimauerint. Ante quàm igitur, ad singulas propositiones in particulari explicandas, & confirmandas in secunda huius Elucidationis parte accedamus, huic quæsito satisfacere, ac prædictæ suspensionis sinistra radicem, & fundamenta detegere placuit, quod in præsentî capite præstabimus.

Vt igitur id radicitus intelligatur, animaduertendum est, nihil magis humani generis hostem, propter spiritualis nostræ salutis inuidiam, & odium, curare, ac semper curasse, quàm vt homines ab orationis, & contemplationis studio, vnde omnia nobis bona promanant, auerteret; ad quod assequendum, inter alia media, vnum præcipuè tanquam efficacissimum eligit, scilicet orationis, & contemplationis viam, tamquam valdè periculofam, ac multis erroribus expositam proponere; exempla quoque aliquorum, qui in ea periclitati sunt, ac diuersimodè à Dæmone decepti, ac illusi fuerunt, in erroresque, & absurda, præcedenti capite relata, inciderunt, in medium adducere, ac valde vigere, vt ex hoc, huiusmodi via, & studium ab alijs suspecta haberentur, ab eisque, propter timorem prædictarum illusionum, ac errorum, auerterentur.

Quod rectè cælestis illa Magistra Sancta Mater nostra THERESIA in suis libris sæpè adnotauit, sed præcipue cap. II. suæ vitæ his verbis: *Difficultates, quas primum incipientibus Diabolus proponit, ne viam hanc ita vt oportet, ingredi incipiant, maxime sunt & plurimæ; vt qui optinè callat, quantum inde sibi damnum obueniat, nō solum quod hanc animam amittat, verum etiam eius occasione alias plurimas; tã multas igitur eu difficultates & pericula obijcit, vt nō paruo, sed maximo eis, ad non retro spectandum, opus sit animo, nec non maxime Dei gratia. &c.*

B.
Joannis
à Cruce

Opera
mystica
NVI
124

& cap. 21. Viæ perfectionis inquit: Sape nos demon in hoc itinere conatur precipitare obsequium multa in eo inesse pericula, ille & ille per hoc perijt, alius ille deceptus est, alius qui multum orationis vocali deditus erat, lapsus est, alijs diabolus illustrat: non sunt curandi isti timores nec pericula, & cum hac sit via regia, per quam Rex noster & omnes electi & sancti iuere, nemo nos seducat, aliam nobis viam demonstrans quam orationis. Hoc Religiosorum munus est, & quicumque vobis aliquid istius periculum contineri diceret, illum vti periculum quoddam habitore & fugite. Non sinit Deus inquam viam orationis cuius via periculosa habeatur. Sed hanc timendi occasionem, diabolus inuicem sua vafritie aliquos, qui prius orationis studio tenebantur, ad lapsum pertrahendo. Sed videte quæ intolerabilem cecitatem: non enim considerant quam multa hominum millia ideo in hæresim aliquæ grauius mala prolapsi sint, quod orationi non insisterent, nec quid ea esset feruent. Quod autem ter tam multos diabolus quo hac ratione melius negotium & rem suam ageret, nonnulli sentiam qui orationem frequentabant (quos facile esset enumerare) ad lapsum pertraxerit & decepterit, hoc factum est, quod nonnulli in rebus ad virtutem spectantibus, tam timidos esse fecerit, &c.

4. Vnde, tam in prædictis locis, quam in alijs multis ipsamet Sancta THERESIA maxime hortatur omnes, vt propter huiusmodi pericula, nequaquam deterreamur, sed potius astutiam, & inuidiam Dæmonis cognocentes, maiori studio hanc tam salutari exercitio incumbant, & idem cap. 8. suæ Viæ inquit: Non in illo solo sancti quidem timent, qui mentali orationi sese applicare timent: & vere cur metuant nescio, consilium vobis Damon hunc metum causat, vt per eum vere nobis noceat ac malefaciat, cum scilicet per hunc incidit, quo minus recogitem, quoties & quam grauius Deum offenderim, quantum illi debeam esse infernum, ac caelestem gloriam, denique ne cogitem ingentes illos cruciatus & labores, quos mea culpa subiit. Si ergo oratio, etiã ipsi minime feruentibus, imo etiam aduersus ipsum de iniquis tunc tempore prodest ac necessaria est, & nemo dicere in veritate possit, vllum ex ea damnũ provenire, sed ut sit, maius ex eo sequi, quod oratio nro colatur, cur queso, eam omittant qui Deo vel seruiunt, vel seruire volunt? Quod cur facerent, cuius prorsus non intelligo, nisi fortassis, vt vitæ huius vel suæ ac difficultates maiore cum difficultate transigant, Deoque velut ianuam occludant, ne quam ipsi in illa consolationem & recreationem inmittat. Illorum profectò me miseret, quod suo de spectato Deo seruiant, cum è contra ipsi, qui orationi se dant, ipsamet Dominus sumptus omnes quam largissimè quodammodo suppetat. Et cap. 39. viæ perfectionis sic inquit: Esi autem illud mirabile & nouum, quasi si Diabolus non tentaret eos, qui viam orationis minime insillunt, & homines magno obstupescere, si quando aliquem, qui perfectionis iam propior sit, ab eo de ipsi contingit, quam si verum aliorum millia, quos in maximis erroribus & publico peccatis hæere videmus, inter quos necesse est est inquirere num quis bonus aut malus sit; hoc namque iam inde à mille leucis facile auditur. Sed vt verum fatear, merito id faciunt: nam tam paucos Dæmon accipit illorum, vt velut nouum, & innotitum & inusitatum quid admirationem moueat, cum hominibus proprium sit, facile prætere, ne reflectere ad ea que assidue vident, quod vero raro & vix aliquando contingit, maxime per mirari. Imo ipsimet Diaboli hanc in illis admirationem adaugent, quod in bonum illorum id cadat cum propter vnum qui ad perfectionem tendit, perire faciant multos. Nolite timere carissima per hanc orationis viam, que per multa sunt, incedere. Caterum via ipsa per se secunda est. Citius porro & facilius hanc dubie à tentationibus liberamini cum Domino vicina & propiora estis, quam dum ab eo distabitis. & cap. 40. sequenti sic ait. Vt enim animam vestram Damon inquietet, impediaturque quominus tantis bonis fruatur, sexcentos vobis timores incutiet cum per se, cum per alios. Putatisque per

rum demonis interesse quod in huiusmodi timores homines cogitat: non parum certe, sed permultum eis id interest: ita quippe duplex damnum inferit. Primum, quod eos qui audiunt, timidos reddat; qui idem se orationi applicare verentur, ne pari modo decipiantur. Alterum quod aliqui plures longe ad Deum se conuertent, videntes eum tam esse bonum, (vix demonstrati) & possibile esse, ut is se peccatoribus modo tam familiarem exhibeat. &c. Hanc etiam demonis inuidiam adnotauit S. Nilus cap. 45. de oratione, ibi. Vehementer inuidet homini oranti Damon, & omni arte, atque machina vitur, ut illius propositum laedat, &c. Quod idem cap. 46. seq. profequitur.

Hacigitur de causa, cum Dæmoni perspectum sit, quam viles, & necessarij sint ad orationis, & contemplationis studium suadendum, atque in hac parum trita, imò potius valde recondita via homines dirigendos, libri spirituales, ac Mystici, qui de hac materia, eiusque reconditis secretis optimè tractent, quantaque ex horum librorum lectione damna ipsi Dæmoni prouentura sint, illud semper præcipue curauit, curatque, ut quoties aliquis huiusmodi liber prodierit, aliquos non omnino ineruditos (quamuis in Mystica Theologia parum versatos, minusque expertos) sub Catholica doctrina zeli prætextu excitet, ac tanquam suæ astutiæ instrumenta moueat, ad hoc, ut aliorum verborum exteriorem dumtaxat sonum attendentes, aduersus huiusmodi libros acriter insurgant, eorum doctrinam tanquam de Illuminatorum erroribus suspectam damnent, atque ad eò à communi fidelium vsu relegari curent.

5.

Vnde propter huiusmodi Diaboli inuidiam astutamque sollicitudinem, hanc persecutionem, ac remque censuram sub zeli prætextu, fere omnes excellentiores libri agentes de contemplatione, ac Mystica Theologia illustriorum Doctorum, quos sancta Mater Ecclesia, tanquam utilissimos approbat, & veneratur, passi sunt, ut multis exemplis supra capite 1. latè ostendimus: plurimisque alijs ostendere possemus: ex eodem principio sinistra aliquorum suspicio circa aliquas propositiones librorum Venerabilis nostri IOANNIS dimanauit: eoque magis, quo huiusmodi libri excellentiorem, & personis spiritualibus vtiliorem, ac magis necessariam doctrinam continent: ut supra cap. 2. ostendimus; eo enim ipso Dæmonis inuidia creuit, eaque crescente, prædicta quoque persecutio, sub zeli prætextu, incrementum suscepit.

6.

Si autem aliquis inquirat; quonam pacto, vel quo fundamento ducti potuerint homines, alias non ineruditi, nec malitiosi, ita falli, ut de doctrina ad eò apertè vera, secura, & vtili sinistra hanc opinionem conceperint; triplicem huius rei causam breuiter assignabimus; in quarum numero nullatenus prauum affectum, aut malitiam computabimus; hanc enim, ut potè cuius Christiano animo valde indignam, ab eiusmodi viris longè abesse, supponere volumus.

7.

Prima est, quod prædicti viri, propter ingens odium, quod merito conceperunt aduersus falsum illud otium, suspensionem, & quietem, ex quo tanquam ex præcipuo fundamento hæretici illi, qui Illuminati dicuntur, suos omnes errores deducunt, ut capite præcedenti demonstrauimus; propter ingens inquam huius falsi otij, & quietis odium; eo ipso, quod in his, & alijs Doctorum Mysticorum libris doctrinam, sanctum contemplationis otium, suspensionem, & quietem, in sensu infra in progressu huius Elucidationis explicando, suadentem legunt, ad verborum dumtaxat sonum, in quo similitudinem, & conuenientiam aliquam, quo ad hoc cum

B.
Joannis
à Cruce

Opera
mystica

NVI
128

falso illo otio, & quiete reperiant, attendentes; statim fidei, ac sinceræ doctrinæ zelo inardescunt, eiusmodique zelo succensi, absque maturiori discussione, & examine, & absque antecedentium, ac subsequantium collatione, illam doctrinam, de contemplationis otio, & alias quascumque illi anæxas, tanquam de Illuminatorum re-
toribus suspectas, vel eis patrocinantes damnant.

8. Sed imprudenter sanè, ac temerè, & cum magno animarum dispendio huiusmodi iudiciū de his rebus proferunt: unde debuissent illi, qui sic iudicant, advertere, non posse quempiam rectè de aliqua scriptura, aut doctrina iudicare, si externum tantum verborum sonum, vel aliquas dumtaxat propositiones à tota contextus serie interceptas accipiat, sed necessarium esse rerum ordinem, & consequentem attendere, singulas propositiones, cum antecedentibus, & consequentibus conferre, earumque legitimum sensum maturè indagare, ac discutere, sin minus, iudicium illud multis erroribus expositum, ac planè temerarium fore: vt optimè docuit D. Ioannes Chrysoctomus hom 39. in Ioannem his verbis: *Sicut qui metalla fodere aggrediar, artem ignarum, aurum venam non inuenit, sed confundit, & laborem subit incassum; ita qui diuinarum Scripturarum ordinem non intelligunt, qui earum proprietatum leges non exquirunt, sed omnia ad verborum sonum accipiunt, aurum terra confundentes nunquam in huius reconditis thesaurum assequuntur, &c.* quæ sententia ad eos etiam, qui cæteras scripturas legunt, proportionabiliter applicanda est, quo etiam pacto Medin. 1. 1. quæst. 22. in loquens de impetu spirituali ait: *Impetus temerè & sine ratione non sunt reprobandi.* Quæ omnia docuit Paulus, dum 1. ad Thessalonic. 5. n. 19. ait: *Spiritum nolite extinguere, prophetia nolite spernere, omnia autem probate, quod bonum est, tenete, &c.* Vnde qui sine examine, & discussione matura iam dicta, propter verborum dumtaxat sonum, spiritualem aliquam doctrinam damnant, proculdubio Apostoli præceptum transgrediuntur, si quidem suo temerario iudicio plurimum spiritum extinguunt, doctrinam diuinitus inspiratam spernunt, non omnia probant, nec quod bonum est, tenent; de quo sapè in die iudicij strictam rationem reddent (quamuis id malitioso animo non fecerint) eo quod temere in re hac tanti ponderis iudicium ferre voluerunt, cum magno animarum detrimento, spiritualisque earum profectus impedimento, quod rectè adnotauit Venerabilis noster IOANNES in libro qui inscribitur, *Flamma aurius viua*, Cantic. 3. versu 3. §. 11. his verbis. *Verum fortassis homines isti bono ducti zelo in errorem labuntur, eo quod eorum scientia non se amplius extendat. Non tamen propterea excelsi sunt, cur rudem suam manum rei quam ignorant, adhibere non verentur, nec tales amplexas ad eos, qui melius eas intelligant, & dirigant, transmittunt. Nec enim exigua res est oneris & culpa, in causa esse: vt inestimabilem bonorum iacturam faciat anima incepta consilia, imo vt tota perisum eat: unde ille qui temerarie errat, cum obligatus sit non errare, non erit absque pena secundum modum damni quod intulit. Diuina siquidem negotia consideratè admodum oculatè tractanda sunt, præsertim, quæ res tam delicatas sublimisque concernunt, in quibus quasi innotescit lucrum si non erretur, sperari potest, immensum vero detrimentum imminet, si aberretur.*

9. Debuissent etiam prædicti secundo advertere suum iudicandi modum esse similem iudicio, quod hæretici de Scripturis Diuinis faciunt, ac modo quo eis abutuntur, ita scilicet, *Vt (quemadmodum ex Clem. Alex. lib. 7. Stromatum. supra cap. 3. dicebamus) non omnibus Scripturis Diuinis vtantur, deinde non perfectis, nec vt contenti in re-*

quirit, sed soligant ambigüe dicta, paucis spatim hinc inde decerptis vocibus, & nulla significationis ratione habitis, ad solum nudumque vocabulum affixi sunt. Quod citato cap. 3, latius propositionibus vtuntur, deinde non perfectis, nec vt totius doctrinæ contextus requirit, sed sumunt aliquas propositiones ambigüe dictas, paucis spatim hinc inde decerptis vocibus, & nuda significationis ratione habitis, ad solum nudumque vocabulum otij, suspensionis, quietis, ac similia, in quibus aliqua cum illorum hæreticorum vocabulis exterior consonantia apparet, affixi sunt; quid ergo mirum, si in tali iudicio, & censura omnino errent, ac veluti in meridiana luce cæcutiant?

Debuissent ijdem tertio aduertere, non rectè propositionem aliquam damnari, aut suspectâ haberi, quamuis quoad verborum sonû, & corticem cû falsa aliquorum doctrina conuenire videatur, dummodo ex antecedentibus, & subsequenribus, & ex tota contextus serie, non illi falsæ doctrinæ conformem, sed potius aduersam esse constet, & idè hæc omnia prius maturè discutienda esse, antequam propositio aliqua damnetur, vel relegari intendatur; ne fortè sub falsæ doctrinæ titulo, & apparenti duratæ similitudine, aliqua doctrina, re ipsa vera, & salutaris, cum magno animatum dispendio, exterminetur. Hac enim de causa Christus Dominus Matth. 13, in parabola zizaniz propositus interrogationem seruorum, qui cognoscentes zizaniam superseminata esse ab inimico in medio tritici, dixerunt Patri familias, *Vu, inus & colligimus ea?* Quibus ille respondit, *non, ne fortè colligentes zizaniam, eradicetis simul cum eis & triticum; sinite vtraque crescere, vsque ad messem, & in tempore messis, dicam messoribus: colligite primum zizaniam, & alligate ea in fasciculos ad comburendum; triticum autem congregate in horreum meum.* Hanc enim responsionem, in sensu quem proposuimus, explicant plures ex SS. Patribus, nempe Hieronymus super hunc locum his verbis: *Inter triticum, & zizaniam, quod nos appellamus lolium, quamdiu herba est, & necdum calamus venit ad spicam, grandis similitudo est. & in discernendo, aut nulla, aut difficilis distantia, monet ergo Dominus, ne verbi, quod est ambiguum, cito sententiam proferamus, &c.* Similiter D. Thomas in proprijs commentarijs super eundem locum, assignans quatuor causas, quare non debeant eradicari zizaniam, quo vsque crescant, tertiam causam sic adducit. *Tertia ratio, quia aliqui videntur mali, & non sunt; idè si velles euellere malos, statim multos bonos extirparet; & hoc apparet, quia noluit Deus, quod colligerentur, donec ad perfectam maturitatem peruenirent.* Vnde 1, ad Corinth. 4. *Nolite ante tempus iudicare, &c.* Idemque docuit D. Chrysostomus homil. 4. in Matthæum, inquit: *Sed propter quid dicit: Colligite primum zizaniam; vt non timeant boni, quasi simul cum zizanij collatur frumentum, &c.* Ac tandem Rabanus ibi inquit: *& notandum, quod vbi dicit, ne fortè colligentes zizaniam, donauit nobis discretionis exemplum, &c.* Quæ quidem discretio in eo consistit, vt scilicet, vbi ambiguitas aliqua in doctrina reperta fuerit, antecedentia, & subsequenta maturè discutiatur, vt sic veritas appareat, eaque cognita, id quod reijciendum est reijciatur, & quod retinendum est, teneatur, quamuis quoad verborum corticem ex aliqua parte similitudinem cum falsa doctrina habere videatur.

Pro quo, non possumus non egregiam illam sententiam Clementis Alexandrini libri 7. Stromatum, quam capite tertio adduximus, iterum in presenti referre: *Est ergo (inquit ille) nobis maiori studio, & cura præscrutanda ea, qua*
verè

10.

11.

B.
Joannis
à Cruce

Opera
mystica

NVI
129

verè est veritas labore autem sequitur dulcis inuentio, & memoria; est ergo labor inueniendi sol-
eundus propter hareses, sed non est omnino desiciendum; nec enim si appositus sit fructus, non cas-
dem verus, & maturus, alius verò factus ex cera, quam maxime similis, propter similitudinem est
abstinendum ab utroque, & quomodo si vna quidem sit via regia, & multi etiam alie, ex quibus
aliquæ ferunt in præcipitum aliqua verò à flumine rapide fluentem, aut ad mare profundum, cum
dubitauerit quæ sit via, iuge de prope et assensionem, sed utretur via regia, & tria, & sic illa
à periculo; ita cum alij alia dicant, de veritate non est discedendum, sed est exactius, & diligenter
inquirenda eius exactissima, & accuratissima cognitio: nam cum olivibus hortensibus vna etiam
nascuntur herba, num ergo abstinent Agricola à cultura horiorum, &c. Quibus similitudinibus
consonantiam, quæ inter doctrinam aliquam, cum falsa, & erronea reperitur, non
statim reiiciendam, aut damnandam esse, vel eius studium omittendum, sed maio-
rem deberi diligentiam apponi, ut omnibus antecedentibus, & consequentibus re-
ctè, & maturè perpenis veritas appareat, sanaque doctrina quantumvis falsè ap-
parenter similis approberetur, & teneatur; de quo plura diximus citato cap. 3. ubi etiam
ostendimus, non esse sufficiens argumentum, ad aliquam doctrinam damnandam,
quod hæretici eam in suorum errorum patrocinium adducant, cum id etiam in sa-
cra Scriptura, Sanctorumque Patrum libris frequenter faciant: non ergo propter ali-
quam doctrinam Venerabilis nostri IOANNIS, aliorumque Doctorum Mysticorum
sanctum contemplationis otium, suspensionem, & quietem suadentium, verbalem
ac superficiale similitudinem, cum pestifero Illuminatorum errore, circa falsum
illud otium, suspensionem, & quietem, quam præcedente capite retulimus, vel etiam
propter aliquorum ex prædictis Illuminatis astuciam in doctrina hac, in suorum er-
rorum patrocinium dolosè alleganda, debuerunt isti eam damnare, aut suspectam
habere, ac velle relegere, cum re vera nullatenus pestiferæ illi doctrinæ suffragetur,
sed potius omnino aduersetur, ac longe diuersimode Venerabilis noster IOANNES,
ac Doctores Mystici, nec non, & Sancti Patres, huiusmodi otium, suspensionem, &
quietem accipiant, quam ea sumunt prædicti hæretici, cum quibus, non nisi quo ad
aliquorum verborum sonum conueniunt, ut in progressu huius Elucidationis mani-
festè ostendemus, & ex ipsa horum librorum lectione satis constat.

12.

Deuissent quarto prædicti aduertere, non solum in Doctorum Mysticorum, ac
SS. Patrum libris, sed etiam in Scriptura sacra frequenter reperiri propositiones ali-
quas quæ, si separatim, & ab antecedentibus, & consequentibus auulsæ sumantur,
non Catholicum, sed erroneum, & hæreticum sensum efficere videntur, ad quarum
proinde rectum iudicium non sufficit, eas, ut sic auulsas, & separatas, examinare; sed
necessarium est, eas cum antecedentibus, & consequentibus, & cum totius contextus
serie diligenter conferre, ut sic verus earum sensus, ac diuersitas, imò & oppositio,
quam habent cum apparenter similibus hæreticorum propositionibus, dignosca-
tur. Plura sanè huius rei exempla adducere possemus, sed, prolixitatis evitandæ gra-
tia, vnum vel alterum sufficiat. Quis enim nesciat dogma hæreticorum esse; non
fide iustificari, & tamen Paulus ad Rom. 5. num. 1. eandem propositionem eisdem
verbis statuit asserens: *Iustificati ergo ex fide pacem habeamus, &c.* Si ergo quis propo-
sitionem hanc Pauli, hæreticorum propositioni in verbis à Deo similem, à contextu
scilicet

serie auulſam ſumeret, vellerque illam, vt ſic tanquam hæreticam damnare, turpiter proculdubio erraret, imò & ipſe hæreticus eſſet, non alia certe de cauſa, niſi quia contextus ſerie non aduertit; iuxta quam hæc eadem propoſitio, prout à Paulo profertur, nullatenus hæreticorum errori ſuffragatur, ſed potiùs illi omnino aduertatur, quantumuis quoad verborum ſonum, & corticem illis fauere videatur, eamque ipſi hæretici in ſui erroris patrocinium adducant? Similiter hæreticorū dogma eſt; nos iuſtificari per gratiam, & iſtitiam, quæ eſt in Deo aut in Chriſto Domino; & tamen D. Paulus ad Titum 3. num. 7. aſſerit, nos iuſtificari gratia ipſius Chriſti, quæ propoſitio prout ab hæretico profertur, erronea, prout verò habetur in Paulo, Catholica eſt; quod diuerſum iudicium ex antecedentibus, & conſequentibus ſumitur, & idèd peſſimè iudicaret, qui ad hæc non attendens prædictam Pauli propoſitionem propter hanc verbalem cum hæreticis ſimilitudinem, vel quia ipſi eam in ſui erroris patrocinium adducunt, damnaret, vel ſuſpectam haberet.

Hæc ergo de cauſa vehementer errant, ac temerariè iudicant, qui propoſitiones aliquas, quæ in libris Venerabilis noſtri IOANNIS, aliorumque Doctorem Myſticorum reperiuntur, ſeparatim à contextus ſerie, & ab antecedentibus, & conſequentibus auulſas ſumunt, & propter aliquam verbalem ſimilitudinem, quam cum Illuminatorum falſis dogmatibus, vt ſic, habent, vel quia ipſi illuminati eas, vt ſic auulſas, ad ſuorum errorum patrocinium adducunt, prædictas propoſitiones damnant, vel ſuſpectas habent; cum tamen reuera, ſi cum antecedentibus, & ſubſequentibus, totiusque contextus ſerie conferantur, euidenter appareat, eas ob illorum hæreticorum erroribus, non minus, quam lucem à tenebris, diſtare; ſiquidem paſſim in libris externa, & interna mortificatio valdè rigida, Angelica vitæ puritas, falſi, ac remiſſi otij fuga, vitæ omnium exercitium, perfectæ Chriſti imitatio, eiſque crucis amor, proprii iudicij, ac voluntatis intima abnegatio, Maiorum ſtricta obedientia, peculiariū reuelationum, ac viſionum abdicatio, pluraque alia his ſimilia, quæ prædicti hæretici omninò abhorrent, & damnant, expreſſiſſimè commendantur, ac efficaciffimè ſuadentur; ita, vt reuera nullus liber, qui acrius prædictos Illuminatorum errores, & deceptiones damnet, huc vſque ſcriptus inueniatur, vt legenti manifeſtum erit.

Deuiſſent tandem prædicti aduertere regulam illam, quam expurgatorium Romanū in inſtructione ad eos, qui libros ſunt expurgaturi, in titulo de correctione librorum §. 4. tradit, quod ſcilicet, quando author aliquis in vno loco loquitur clarè, & in altero obſcure, reducendus eſt locus obſcurus ad clarum. Si enim regulam hanc obſeruaſſent, nullatenus de ſinceritate, ac veritate doctrinæ huius libri vnquam dubitaſſent; ſiquidem cum toties adèd clarè loquatur Venerabilis noſter IOANNES circa reprobationem falſi illius otij, ſuſpenſionis, & quietis Illuminatorum, vt cap. præced. num. 6. vidimus; necnon circa alia omnia, quæ in fine numeri præcedentis reuoluimus, in quibus omnes prædictorum hæreticorum errores adèd clarè damnat; deuiſſent ſanè, ne forte aliquam locutionem obſcuram, vel minus claram in illo inuenerunt, ad tot locutiones claras (iuxta prædictam Expurgatorij regulam) eam reducere; quod ſi feciſſent, nullatenus ſiniſtrè de prædictis propoſitionibus iudicaſſent, ſed quia hæc omnia, quæ diximus, noluerunt aduertere, nihil mirum quod

13.

14.

B.
Joannis
à Cruce

Opera
mystica

NVI
124

offenderint, vbi nulla offensionis occasio erat, & quod in rebus adeò clari, & apertis cæcurerent. Et hæc de prima causa, vnde prædictorum deceptio circa huius doctrinæ iudicium, eiusque sinistram suspensionem emanauit.

25. Secunda verò causa eiusdem deceptionis, fuit defectus tum eruditionis, ac lectio- nis librorum SS. Patrum, ac Doctorum Mysticorum, qui de his materijs agunt (quæ- uis forsitan in alijs materijs scholasticis inruditi non sint) tum etiam (& hæc est 2. causa) defectus experientia: de his rebus Mysticis; vtramque enim, scilicet ingenium eruditionem, ac experientiam, ad rectum iudicium de his rebus adeò subtilibus ac reconditis perfectè ferendum, necessariam esse satis capite 7. SS. Patrum testimonij manifesta que ratione ostendimus. Vnde nihil mirum, quod his deficientibus, re- ctum quoque iudicium deficiat, veraque doctrina cum falsa confundatur, ac lux pro tenebris habeatur.

26. Quibus omnibus sic in communi obseruatis, superest modo, vt ad singulas pro- positiones, de quibus prædicti sinistrè suspicari sunt, quasque sigillatim notatæ, in particulari descendamus, earumque Catholicam veritatem, fidei nostræ, ac Sancto- rum PP. doctrinæ omnino conformem esse manifestè ostendamus: quod factum diffi- cile non erit, quia reuera, vt iam diximus, tota Mystici nostri Doctoris doctrina, qui- sim in Sanctorum PP. illustriumque Doctorum libris continetur: id autem in se- cunda huius Elucidationis Theologicæ parte præstabitur per singulas propo- sitiones, prout ab illis notatæ sunt, suo ordine discurrendo, singulisque gen- uinam de- claram rationem, & elucidationem adhibendo. Vnde ad hoc propositum merito applicari possunt optima quædam verba D. Prosperi, quæ in præfatione responsionis ad ce- pita Gallorum, pro D. Augustini doctrinæ defensione in hunc modum præteristi.

27. *Doctrinam, quam sanctæ memoriæ Augustinus Episcopus (dicere nos possumus, quia Mys- ticus Doctor IOANNES A CRUCE) per multos annos Apostolicè assensit, literisque com- munit, quibusdam visum est, aut non intelligendo, aut intelligi eam nolendo, reprehendit. Et hoc quasi compendium cognitionis, his, qui iudicio eorum ducebantur, afferre; vt quæ in libro prædicto viri damnabilia reperi: iactabant, breuium capitulorum indiculo publicarent, atque commens, & detestationem eius, quem impeterent, obiderent, & ab his, quæ infamassent, curam externæ lectorum auerterent. No ergo hanc persuasionem temere quis recipiat, & talis patet sensum scripti Catholici in esse Doctoris, qualem eum, qui frustra calumniantur, ostentant: singula capitula, que rationis titulo prænotarunt, breui, & absoluta professione respondeo, in nullo recedens à trian- gularum diffinitionum, quæ in sancti viri disputationibus continentur, vt facile, vel tenui diligentia ab- uertat inspector, quàm iniustus opprobrijs Catholici prædictoris memoria carpatur. & in quod per- catum cadant, qui aliena instigatione commoti, scriptorem celeberrimi nominis promptè habeant culpæ, quàm nosse.*

Hæc D. Prosper circa Augustini propositionum, quæ à plerisque grauius vici- tamque suspectæ fuerant notatæ, defensionem; hæc etiam nos circa Venerabilis con- fessi IOANNIS propositionum, quæ etiam ab aliquibus notatæ sunt, de- fensionem, proportionem seruata dicimus.

(:.)

75

ELUCIDATIONIS, EA, QUÆ AD
propositiones in particulari pertinent, complectens.

CAPVT I.
PRIOR PROPOSITIO ELUCIDATVR,
ac Sanctorum Patrum illustriumque Doctorum
manifestis testimonijs corroboratur.

PRior propositio ab aliquibus notata, habetur in lib. 1. qui inscribitur
Subida del Monte Carmelo, cap. 5. in principio, ubi Venerabilis noster IOAN-
NES hæc habet verba.

Summa est anima stultitia, qua posse se ad sublimem vniionem cum Deo statum euola-
re arbitrat, nisi prius appetitum naturalium, immo etiam supernaturalem rerum, secundum
quod proprio amoni immixta sunt, exuat & euacuet.

Circa elucidationem huius propositionis, prius legitimum eius sensum, quem
ipsa met factis exprimit, aperte declarabimus; eumque veritati, ac sacrae Theologiae om-
nino conformem esse ostendemus; deinde, eodem loquendi modo communiter SS.
Patres, ac Doctores Catholicos semper vsos fuisse, pluribus eorum testimonijs ad-
ductis, manifestè demonstrabimus: ex quo aperta relinquetur, nihil in hac propo-
sitione, siue quo ad rem, siue quo ad loquendi modum reperiri, in quo quis rationali-
ter possit offendere, vel aliquam de illa sinistram suspensionem concipere; quin
potius ex omni capite verissimam, ac fidei Catholicae, Sanctorumque Patrum do-
ctrinæ conformem esse, vtilissimamque, ac sublimem doctrinam ab Ecclesia sem-
per approbatam continere: quem etiam stylum in aliarum propositionum elucida-
tione seruabimus.

§. I.

*Pro elucidatione huius propositionis aliqua præ-
notantur.*

VT igitur legitimus huius propositionis sensus intelligatur, obseruandū est, pro-
prium hominis amorem posse tripliciter se habere ad charitatem; prout docet
D. Thomas 2. 2. quæst. 19. art. 6. his verbis: *Amor autem sui tripliciter se potest habere ad
charitatem: vno enim modo contrariatur charitati, secundū quod aliquis in amore proprii boni sineus
constituit, alio modo in charitate includitur, secundū quod homo se propter Deū, & in Deo diligit: ter-
tio modo à charitate quidē distinguitur, sed charitati nō contrariatur, puta cū aliquis diligit se ipsū,*
secundum

k 2

B.
Joannis
à Cruce

Opera
mystica

NVI

128

secundum rationem proprii boni; ita tamen, quod in hoc proprio bono non constituat finem; sicut etiam. & ad proximum potest esse aliqua alia spiritualis dilectio, propter dilectionem charitatis, qua fundatur in Deo, dum proximus diligitur ratione commoditatis, consanguinitatis, vel alius conditionis humane, qua tamen referibilis sit ad charitatem, &c.

3. Ex his ergo tribus modis certum est, proprium amorem primo illo modo sumptum, esse omnium malorum radicem, de quo loquebatur Paulus cū 2. ad Timotheum 3. dicebat: In nouissimis diebus instabunt tempora periculosa, & erunt homines se ipsos amantes, cupidi, elati, &c. Vbi prædictum proprium amorem pro tot malorum causa assignat; & Christus Dominus Ioan. 12. num. 25. asserit: Qui amat animam suam, perdet eam, & qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam, super quæ verba D. Aug. tract. 5. in Ioan. ait: Noli amare ne perdas, noli amare in hac vita; ne perdas in æternitate, &c. Vnde D. Thomas 1. 2. q. 77. art. 4. in corpore, inquit: Manifestum est, quod inordinatus amor sui, est causa omnis peccati, & D. Aug. lib. 4. de Civitate Dei c. 7. & c. 14. ibi: Amor sui, qui est causa peccati, est ille qui perducit ad contemptum Dei. Idemque docet ser. 39. de tempore. Quam etiam veritatem tradunt D. Greg. hom. 4. in Ezechiel. S. Basilii in reg. breu. ad interrogationem 24. S. Anselmus super citatum D. Pauli locum, D. Bernard. ser. 7. in Psalmum qui habitat & lib. 4. de considerat. ad Eugenium c. 2. ad illa verba: Ecce nos reliquimus omnia, D. Bonauent. 3. p. breuiloquij cap. 11. Dionysius Richelius lib. de laudibus vitæ solitariæ artic. 6. Aluarez de Paz tom. 2. lib. 2. p. 2. cap. 2. de exterminatione mali, ac tandem idem omnes S. Patres, ac Doctores proclamant. Imò & Philosophi veritatem hanc agnouerunt, & ita Plato lib. 7. de legibus dixit: Nimius in se ipsum amor, omnium peccatorum omnibus est causa, obicitur vitæ amatum qui amat, quapropter qui se amat, cum se magis, quam veritatem honorandam patet, quod iustum, bonum, pulchrum sit malè iudicat. Idemque docuit Plutarchus de officio auditoris, ac Seneca epist. 86. sed in hoc, ut potè omnino certo, immorari non oportet.

4. Deinde certum etiam est, proprium amorem secundo illo modo sumptum, prout scilicet in charitate includitur, secundum quod homo se propter Deum, & in Deo diligit, non solum esse malum, vel imperfectum, aut vnionis cum Deo impeditiuum, sed potius optimum, imò & inclusum in præcepto charitatis, & ab illa procedens; siquidem debet quis se ipsum, & corpus suum ex charitate diligere, ut D. Thomas 2. 2. quæst. 25. art. 4. & 5. & omnes docent, constatque ex præcepto illo Decalogi: Diliges amicum tuum sicut te ipsum, Leuitic. 19. num. 8. In qua veritate, ut potè certissima, & indubitata confirmanda, in memorandum non est.

5. At verò proprius amor, tertio illo modo sumptus, prout scilicet aliquis diligit ipsum, secundum rationem proprii boni, verbi gratia, ratione commoditatis, vel licentius alterius conditionis humane, quamuis in hoc proprio bono vltimum finem non constituat, sed ad charitatem referibile sit; huiusmodi, inquam, amor impermissus est, pluraque spiritualia damna inuoluit, & causat. De quo proprio amore loquebatur D. Basilii in reg. breui, ad interrogationem 54. dum dicebat: Amas sui ipsum est, qui se ipsum amat priuato, & immodico amore; talem autè se esse quis cognoscat, si qua faciat, in commoditate sui faciat, licet quod fiat, ex mandato fiat, & de illis qui se huiusmodi amore persequuntur, ait Aluarez de Paz loco sup. cit. c. 11. Hi in quadam inquietudine perpetuo versantur, cum dolor à proprijs affectibus excitatus, non finit eos in aliquo loco quiete consistere, &c.

Vndè hunc imperfectum amorem proprium, debet perfecta charitas excludere, ita vtilis, qui ex charitatis perfectione operatur, nullatenus in se ipso, vel in suis rebus commodum proprium, vel propriam vtilitatem quatumuis licitam quærat, sed præcise se ipsum, & cætera omnia propter Deum, & in Deo diligit, atque ad eò solùm ipsum Deum quærat. Hac enim ratione Apostolus 1. ad Corinth. 13. nu. 5. docet: *Charitas non quærit quæ sua sunt*, quod explicans D. Bernard tract. de diligendo Deo etiam respectum, & intuitum ad vtilitatem, & commodum præmij æterni, à perfecta charitate excludit, dicens: *Non sine premio diligitur Deus, & si absque præmij intuitu diligendus sit, vacua namque vera charitas esse non potest, nec tamen mercenaria est; quippe non quærit, quæ sua sunt; affectus est, non contractus; verus amor premium non requirit, sed meretur, &c.* Et in eodem tractatu explicans illud Psalm. 117. *Confitemini Domino quoniam bonus*, inquit: *Qui Domino confitetur, non quia sibi bonus est, sed quia bonus est, diligit Deum propter Deum, & non propter seipsum, &c.* Idemque communiter SS. Patres tradunt; cuius doctrinæ sensus non est, esse illicitum operari propter præmium, & retributionem, vt dicebant aliqui hæretici, quos damnauit Concilium Tridentin. sess. 6. c. 11. can. 31. & Innocent. 3. cuius definitionem refert Directorium Inquisitorum 2. p. q. 9. art. 10. sed sensus est, talem operandi modum, non esse perfectiorem, nec eo, vt in plurimum, vtili illos, qui ad statum perfectorum, & vnionis cum Deo peruenerunt, vt optimè libellus ille spiritalis, qui inscribitur: *Arts seruendi Deo*; cuius Auctor est Frater Ildephonsus de Madrid, pertractat. Charitas ergo perfecta, prout cum hac perfectione operatur, proprium amorem in tertia acceptione sumptum excludere debet; ita vt, non attendat quis in rebus, quæcumque illæ sint, ad eas amandas, aliquid proprii commodi, vel vtilitatis, sed præcise conducentiam ad diuinam gloriam; atque ad eò quæuis alium particularem affectum excludat: ita quo sensu dixit Christus Dominus: *Qui non renunciat omnibus, quæ possidet, non potest meus esse discipulus*, Luc. 14. n. 33. & Matr. 16. n. 24. *Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me*. Et Paulus 1. ad Corinth. 7. n. 29. *Tempus breue est, reliquum est, vt qui habent uxores, tanquam non habentes sint; & qui stent, tanquam non stentes; qui gaudent, tanquam non gaudentes; & qui emunt, tanquam non possidentes; & qui vtuntur hoc mundo, tanquam non vtantur, &c.* Vndè meritò D. Augustinus lib. 83. quæstionum quæst. 36. ait: *Augmentum charitatis diminutio cupiditas, perfectio nulla cupiditas*, & Dionysius Richel. lib. de laudibus Vitæ solitariae art. 6. *Minoratio amoru proprii, est charitatis profectus, & incrementum*; idem. que docent omnes Sancti Patres, & Doctores catholici, quorum plura testimonia infra referemus.

F. II.

Ex doctrina tradita propositionis huius legitimus sensus ostenditur.

EX his igitur patet clarus, & legitimus sensus propositionis Venerabilis nostri IO. ANNIS, quam elucidamus: in ea namque statuit, necessarium esse ad perfectionem charitatis, & vnionis cum Deo dimittere appetitum omnium rerum, tam naturalium, quam supernaturalium; non quidem, prout ad gloriam Dei conducere possunt, sed prout ex aliquo particulari comodo, vel vtilitate propria in eis reperta amari

B.
Joannis
à Cruce

Opera
mystica
NVI
.128

possunt, vt verba illa, quæ ipsemet subiunxit: *Secundū quod proprio amori iuncta sunt, carat & euacuet*, euidenter ostendunt; proprius enim amor, in cōmuni loquendi modo in malam, vel imperfectam partē sumi tolet, sicuti & odium sui in bonam, iuxta illud Ioan. 12. n. 2. *Qui amat animam suam, perdet eam, & qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam*, vbi Augustinus tract. 5. in Ioannem inquit: *Noli amare in hac vita, ne perdas in æterna vita.*

Vnde in hac propositione quemuis proprium amorem, in hoc dumtaxat malo, vel imperfecto sensu, atque ad eò secundum primam, & tertiam considerationem ex D. Th. adductam & explicatam, reiiciendum esse ad perfectionem charitatis obtinendam, docet sublimis noster Doctor, non quidem, quia perfecti etiam, postquam ad statum perfectionis deuenere, non possint aliquos actus exercere intuitu præterij, vel alicuius propriæ utilitatis, sicuti exercebat Dauid, dum dicebat: *Inclinau cor meum ad faciendas iustificationes tuas in æternum, propter retributionem*, Pl. 118. n. 112. & S. Mar. nostra THERESIA c. 15. suæ vitæ docet etiam, perfectos aliquando indigere huiusmodi motibus ad rectè operandum, & ad euitanda peccata. Sed quia hic operandi modus propter proprium commodum, aut utilitatem, etiam spiritualem, & supernaturalem, non est omnium perfectissimus; idè hi qui ad perfectionem charitatis, ac visionis cum Deo, qualis in hac vita haberi potest, proximè iam accedunt, eo communiter & vt in plurimum, non vtuntur: *Perfecti namque* (verba sunt D. Th. 2. 2. q. 24. ar. 9. ad 3.) *si in charitate proficiant, sed non est ad hoc principalis eorum cura, sed iam eorum studium circa hoc maxime versatur, vt Deo inhaerant.*

7.

Hic est igitur legitimus, & manifestus sensus huius propositionis, quem ipsemet eius verba satis aperte declarant, ipseque etiam Extaticus noster Doctor in tribus libris Ascens. Montis Carmeli, specialiter verò l. 3. à c. 16. latè, & sublimiter ostendit plures imperfectiones, ac spiritualia damna, quæ ex hoc proprio amore, circa quæuis bona, tam naturalia, quam supernaturalia oriuntur, mirifice explicans, ac perpendens. Et hunc sensum catholicum, verissimum ac bonæ Theologiæ, scriptioni, & Sanctorum Patrum Doctrinæ omnino conformem esse satis ostendimus: Nunc autè plura Sanctorum Patrum, & illustrium Doctorum testimonia subiungemus, in quibus propositionem hanc, non solum quoad eius legitimum sensum iam explicatum, sed etiam quoad loquendi modum vnanimiter tenent, imò & strictioribus verbis, quàm vnoster IOANNES, prædictam rerum omnium creaturatum, tam naturalium, quàm supernaturalium, proxi ex proprio amore appeti possunt, abdicationem, appetitueque vacuitatem, suadent, & commendant.

§. III.

Plura Sanctorum Patrum, & illustrium Doctorum testimonia ad propositum adducuntur.

8.

IN primis ergo Sanctus Dionysius Areopagita, cap. 1. de Mystica Theologia, sic Timotheum, ad quem scribit, alloquitur: *Tu verò, Timothee charissime, in te vigila, ut inueniendus spectaculis Mystici exercitacione, & sensus lingue, & intellectuales operationes, & suscipias.*

Et intelligibilia, Et quae non sunt, Et quae sunt omnia, Et ut illi iungaris, qui super omnem substantiam, omnemque scientiam est, ignora pro viribus te ipsum intende. Enim verò abs te ipso, atque ab omnibus liberè & absolutè, ac purè excedendo, ad super substantialem divine caliginis radium, sublatus omnibus & absolutus ex omnibus euolabis, ubi verba illa: Linque quae non sunt, & quae sunt omnia, nec non & illa: Sublatus omnibus, & absolutus ex omnibus, ponderanda, & cum ijs, quae in hac propositione Extatici Doctoris nostri habentur, conferenda sunt.

Deinde D. August. lib. 1. de doctrina Christiana cap. 22. explicans illa verba Matt. 22. Dilige Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, sic inquit: Deum ex toto corde diligere, praecepere est, ut omnes cogitationes tuas, ex tota anima, ut omnem vitam tuam, ex tota mente tua, ut omnem intellectum tuum in illum conferas, à quo habes ea, quae confers; nullam ergo vita nostra partem relinquit, quae vacare debeat, & quasi locum dare, ut alia re velut frui, sed quidquid aliud diligendum venerit in animum, illuc rapiatur quo totus dilectionis impetus currit, tunc enim est optimus homo, cum tota vita sua pergit in incommutabile bonum, &c. Vbi verba illa: *Ut alia re velut frui, nec non & illa, quidquid aliud diligendum venerit, ad propositum perpendenda sunt.*

Præterea D. Hieronymus epist. 1. ad Heliodorum sic inquit: *Perfectus servus Christi nihil præter Christum habet, aut si quid præter Christum habet, perfectus non est, &c.* Quo nihil strictius dici potuit.

Eandem etiam doctrinam, & locutionem habet Div. Bernardus in tractatu de diligendo Deo, his verbis: *Quomodo stilla aqua multo vino infusa deficere à se tota videtur, dum & saporem vini induit, & colorem; & quomodo ferrum ignitum, & candens igni simillimum fit, pristinae propriaeque formae exutum; & quomodo solis luce perfusus aër in eandem transformatur luminis claritatem, adeo ut non tam illuminatus, quam lumen ipsum esse videatur; sic omnem in sanctis humanam affectionem quodam ineffabili modo, necesse erit à semetipsa liquefcere, atque in Dei penitus transfundi voluntatem: Alioqui quomodo omnia in omnibus erit, si in homine de homine quidquam supererit? Et Paulus superius dixerat: Quoniam Scriptura loquitur, Deum omnia fecisse propter semetipsum, erit profecto, ut factura se se quandoque conformet, & concordet auctori; oportet proinde in eundem nos affectum quandoque transire, ut quomodo Deus omnia esse voluit propter semetipsum, sic nos quoque, nec nos ipsos, nec aliud aliquid fuisse, vel velimus, nisi aequè propter ipsum ob solam videlicet ipsius voluntatem, non nostram voluptatem. Opera, & defacata intentio voluntatis, eò certe defacior, & purior, quo mea de proprio nihil iam admixtum relinquitur; eo suavior, & dulcior, quo totum divinum est, quod sentitur, sic affici, deificari est. Quibus in verbis strictissimam rerum omnium quarumcumque, quatenus ex proprio amore etiam licito appeti possunt, renunciationem, & abdicationem, in his qui perfecta charitate Deum prosequuntur D. Bernardus statuit.*

Bernardo adiungendus est Gilbertus Abbas valde illi in spiritu similis, qui in sermone 1. super Cant. eorum, quae ad complementum sermonum D. Bernardi scripsit, explicans illa verba Cant. 3. *Per noctem quasi quem diligit anima mea, sic loquitur, sicut in lectulo, sancte quietis accipis otium, sic oblivionem quandam intellige. In umbra rerum visibilium oblivionem aliquam accipe, in nocte omnimodam. Dilectio ipsa hanc noctem inducit, quae reliqua omnia, nec respicit, nec notare putat, cum ad illum quem diligit intenta suspirat, &c.*

Inlu-

B.
Joannis
à Cruce

Opera
mystica

NVI

124

12.

Insuper D. Thomas 2. 2. quæst. 13. ar. 6. in corp. excellētiā charitatis explicans inquit: *Charitas attingit ipsum Deum ut in ipso sistat. nō ut ex eo aliquid nobis proveniat. &c.* Quæ vltima verba doctrinam nostræ propositionis expresse continent, & q. 24. art. 8. perfectionem charitatis, ad quam potest quis in hac vita pervenire, declarans sic habet: *Alio modo contingit, aliquem diligere Deum: quantum potest, ut scilicet homo studium suum deponat ad vacandum Deo, & rebus divinis prætermittis alijs, nisi quantum necessitas præsentis vite requirit: & ista est perfectio charitatis, quæ est possibilis in via, non tamen est communis omnibus habentibus charitatem &c.* Ecce qualiter omnia, præter Deum, à viris perfectis prætermittenda esse docet, & q. 180. ar. 6. ad 2. explicans quænam requirantur in anima ad hoc, ut perveniat ad perfectam Dei contemplationem, quam (iuxta D. Dionysij c. 4. de divinis nominibus phrasim) vocat circulare, sic ait: *Exigitur, quod duplex eius diversitas amoveatur. Primum quidem illa, quæ est ex diversitate exteriorum rerum, prout scilicet requirit exteriora: Secundum autem, eam, quæ est per discursum rationis: & hoc contingit, secundum quod omnes operationes animæ reducuntur ad simplicem contemplationem intelligibilis veritatis. Et cum istis duobus præmissis, tertio ponitur uniformitas conformis Angelis, secundum quod, prætermittis omnibus, in sola Dei contemplatione persistit, &c.* Vbi verba illa: *prætermittis omnibus*, ad propositum perpendenda sunt.

13.

Accedit D. Bonavent. serm. 2. de luminaribus Ecclesiæ inquit: *Hæc contemplatio iuuatur industria, ut separetur homo ab omni eo quod Deus non est, etiam à seipso &c.* Quid sit istius? Nec minus stricta est alia eiusdem S. Doctoris locutio lib. 1. de profectu Religiosorum ubi sic habet: *Perfectio memoria est, ita hominem in Deum esse absorptum, ut etiam sui ipsius, & omnium quæ sunt, obliuiscatur, & in solo Deo, absque omni strepitu volubilium cogitationum, & imaginationum suaviter quiescat, &c.*

14.

Nec minus strictè id ipsum docuit Albertus Magnus in lib. de adherendo Deo, sæpè specialiter verò cap. 2. in hunc modum: *Qui in alem statum aggredi desiderat, & latet, opus est omnino, ut velut clausis oculis, & sensibus de nullo se penitus implicet, ac pertinet, solutus sit, & curet, sed cuncta, tanquam impertinentia, & perniciose funditus excutiat &c.* Et cap. 1. & 8. hæc notabilia verba subiungit: *Deus anima sic debet esse cum Deo unita, & suam voluntatem divina voluntati tam conformem habere, & facere, quod se cum nulla creatura occupet, seu adhareat, sicut dum non erat creata, ac si nihil sit, præter solum Deum, & ipsam animam &c.* Qua locutione nihil strictius dici potuit.

15.

Strictissima est etiam ad hoc propositum doctrina, & loquutio sublimis illius Doctoris Mystici Ioannis Thauleri qui serm. in dom. 25. post Trinitatē sic inquit: *Et nec pro se ipso, vel sui causa vero amator in spirituali interna dulcedine voluptatem, aut oblationem querere licet, tamen si imperfectis, ac incipientibus Christi servis hoc videatur esse permissum, perfectis verò minime, puro namque amori nulla ratione conceditur, ut consolationem, dulcedinem, saporem, deuotionem sensibilem, ac in cunctis exercitijs spiritualibus prosperum successum propter seipsum querat, id enim magis esset donis Dei, quam ipsi Deo confidere, &c.* Et paucis interiectis subiungit: *Purus amor, nec in æternis sese bonis querere debet, puta, ut magnam copiam cælis gloriam, honorem, mercedem pro bonis suis actibus consequi, quæ sanè, & si qua sunt, etiam di, propter se dumtaxat expectare, vel querere, nec perfecta virtutis, nec puri amoris est, nec quæquam ad verè purum amorem attinet, siue is, (scilicet Deus) dare cælestia regna, seu deorum, siue seruare, siue damnare velit, &c.* Et Dominica infra octauam Epiphaniæ, omnia namque

vires animæ, vt intellectus, memoria, voluntas, ratio, cunctæq; operationes illarum cum sint multa, & multiplicia, ipsum quoq; hominē multiplicē efficiunt, distribūntq;: omnis igitur sensualitas, cuncta imagines; & quidquid hoc est, in quo nos ipsos querimus, nos ipsos intendimus, nos ipsos inuenimus, relinquenda penitus sunt, & abdicanda, &c. Similia habet serm. 4. de Natiuit. Dom. serm. 2. post Trinit. per totum.

Consonat, tam in doctrina, quā in locutione celeberrimus ille Doctor Mysticus D. Ioan. Rusbroch. in ope de vera contemplatione c. 37. Qui Deo seruiunt non ex charitate, sed solum propter seipos, & propter priuatum suum lucrum, ac commodam, tales vocantur mercenarij: quisquis autem Deo seruit, aliquam ob causam, quæ Deus non sit, si non amat Deum, qui autē Deum amat, ipso contentus est, neq; quidquam prætere appetit; qui verò Deo, lucri & comodi sui causa, seruit, utique non diligit Deum, vera enim charitas non querit, quæ sua sunt, &c.

Eandem etiā habet doctrinā Caietan. super Ep. ad Phil. 2. n. 21. circa illa verba: Oēs enim querunt, quæ sua sunt, &c. sic enim inquit, Per hæc verba penuria apud Paulū persecutorum discipulorū insinuat, nam particula hæc, vt ratio præcedentis afferitur, vt testatur cōmūctio, enim, dicendo omnes enim, nec dicit amant, sed querunt; Nec intelligas significari amorem præferentiæ proprie ipsi, quæ Iesu Christi, huiusmodi enim amor esset peccatum mortale. sed amorem querentem in rebus a Iesu Christi, huiusmodi siquidem studium, est studium imperfectorum, &c.

Consentit in doctrina, & locutione huius propositionis Tho. de Kempis de imitatione Christi l. 3. c. 31. inquit: Oportet igitur omnē pertransire creaturam, & sensum perfectē deserere, ac in excessu mentis stare, & videre te omnium conditorē, cum creaturis nihil simile habere, & nisi quæ omnibus creaturis fuerit coæditus, non poterit libere intendere diuinū. Ideo enim pauci inueniuntur contemplatiui, quia pauci sciunt, se à peritis & creaturis ad plenum sequestrare. Et c. 32. eiusdem libri ait. Tene breue, & consummatum verbum: Dimitte omnia, & inuenies omnia, relinque cupidinem, & reperies requiē. Hoc mente pertracta, cū impleueris, intelliges omnia;

Strictissimis etiam, & valde notari dignis verbis veritatē hanc stabiliiuit sapientissimus ille, ac piissimus Archiepisc. Bracharen. Frat. Bartholomæus à Martyribus, in 2. par. sui compendij spiritualis, c. 10. vbi de peccatis viris sermonem instituens, sic loquitur: Nihil intentione mentis, & amore prosequuntur nisi Deum, interius erga ipsum iugiter occupantur; Deo ita adherent, vt vidētes sint velut cæci, audiētes sicut surdi existant, loquentes quasi muti permanent; hi cœlestem, & angelicam vitam in terris viuunt, & terrestres Angeli iure dici poterunt, &c. Statimque media ad hunc statum perueniendi assignans, subdit: Igitur athleta Christi, si velis ad hunc salutis portum appellere; sequentia totius animi viribus obseruare cōtendit: nihil tenaci corde possidens, nulli creaturæ mente inhæreas, nullius viri quātumvis sancti amicitiam, & familiaritatem humanitas expetas, nam non solum, quæ mala sunt, sed etiam bonæ huius sapientia efficiunt, si inordinatē diliguntur, vel queruntur; nam lamina aurea oculis obiecta non minus quam lamina ferrea impeditur visum: Priuatum amorem ex toto corde extirpato, & propriam voluntatem deponens, Deo te ipsum tradis, & te in ipsum perfectē transfundis: Nunquam ore, vel corde, habita tui ipsius, & proprii commouit ratione, diuis, hoc volo hoc nolo, hoc eligo, illud respicio, nec vnquam aliquid tunc quaras, sed omni prorsus proprietate reiecta spolia te ipso, & tibi, ac omnibus huius mundi rebus ita moriaris, ac si nunquam viueres, aut omnino mortuus esses, in omnibus honorem Dei quarito, & id emittor, vt eius voluntas in omnibus impleatur, &c.

B.
Joannis
à Cruce

Opera
mystica
NVI
128

Testimonijs S. M. nostræ THERESIÆ huius pro-
positionis elucidatio absolvitur.

20. Tandem, ut plura alia testimonia, prolixitatis evitandæ gratia, omittamus, cor-
nidem huic capiti apponere placuit testimonijs sanctissimæ Mar. nostræ THE-
RESIÆ: ipsa namque sæpissimè hanc rerum omnium creatarum abdicatorem,
tanquam necessariam ad perfectionem assequendam, suadet; specialiter vero c. 8. v. 2.
perfectionis sic loquitur. *Iam de abnegatione, quæ habere nos oportet, etiã nonnihil dicamus, quia
ea namque omnia facta sunt, siquidem perfectè, & prout oportet, fiat. In hac inquam sita sunt omnia,
cum enim cum solo Creatore disticiamur, & deliciamur, omnia vero creata negligimus, ita nobis
Maurus ipsius infundit virtutes &c. Et statim subiungit: Anno parvum esse putatio bonum, ca-
risima hocce bonum procurare, nos inquam totas, non autem in partes & frustra divisas illi tradere,
cum in eo (vri iam dixi) omnia bona inveniuntur. Ad quam omnino integrâ rerum omni-
tam naturalium, quàm supernaturalium, præter ipsum Deum, abdicatorem, THE-
RESIAM nostram Dei gratia pervenire, inter maxima Dei beneficia sibi collata, ip-
samet numeravit in quadam relatione sui spiritualis profectus, quam suo confessor
scripsit. quamque Reverendis, Episcopus Titafonensis Frater Didacus de Yepes, p.
sua vitæ in fine refert, vbi habet hæc notanda verba, Hoc quam optime novit Dominus, quod
ipsa in gravissimam cæcitatem incidit, quod nec honor, nec vita, nec gloria, nec bonum aliquod, in
corpore nec in anima sit quod me retineat, & quod nec velim, nec desiderem, nec aliud creandum
quam gloriam eius, &c. Quæ etiam de causa ipsamet ca. 39. (sua vitæ, sic de se
ipsa testatur. Verba autè quæ eisdem dicere & quidem verissime (prout mihi quidem videtur)
soleo sunt hæc: Quid de me ipsa sollicita sum, præterquam de te Domine:*

21. Eandem veritatem, & locutionem circa rerum omnium creatarum abdicatorem,
nem, ac negationem plures alij SS. Patres, ac Doctores tradunt: de quo videri potest
liber, qui inscribitur. *Ascensus montis Sion*, jornada 3. c. 1. & 8. Antonius Sueret. in opere
vitæ æternæ c. 11. & 16. Dionys. Richellus lib. de laudibus vitæ solitariæ c. 6. An-
tom. 2. de imitat. Christi tract. 4. c. 2. Albaroz de Paz, to. 2. lib. 2. p. 3. de mortificatione
hominis interioris per multa capita, specialiter vero c. 2. Fonseca in tra. de amore Dei
c. 9. Alphons. Rodrig. tract. de mortific. per multa capita, Suar. to. 2. de Relig. c. 12.
19. N. Didacus à Ies v. in annotationibus ad libros Venerab. N. Thom. à Ies v. in tra.
de orat. c. 9. noster Venerab. Ioan. à Ies v. Maria, lib. de prudentia Iustorum p. 3. c. 1.
noster Ildephonfus à Ies v. Maria, in lib. de periculis & remedijs perfectionis, & paucis religio-
par. 2. disc. 2. §. 9. & alij plures.

22. Ex quibus omnib. manifestè cõstat, quod cū propositio hæc Mystici N. Docteri
non solû quoad rem, sed etiã quoad loquendi modum, habeatur cõmuniter apud Ec-
clesiæ Patres, & Doct. Catholicos, non potest, siue quoad r. siue quoad loquendi mo-
dum rationabiliter reprobari, aut suspecta haberi, nisi pars modo reproberetur, aut sus-
pecta habeatur doctrina, & locutio omnium Ecclesiæ Patrum, & Doct. in Ca-
tholica Ecclesia recepta, & approbata, valde; cõmendatæ nec ullus hæreticorû error
potest in prædicta propositione patrociniû quærere, nisi etiã eodè modo in cõmentis
SS. Patrum, & Doct. Illustriû doctrina illud quærat, quam notam nemo, nisi valde
temere, & cum magna earum omnium iniuria, illis apponere poterit. C. 17.

CAPVT II.

Secunda Venerabilis nostri IO ANNIS propositio elucidatur, eamque, tam quoad rem, quã quoad modum loquendi, apud Ecclesia Patres, & Doctores Catholicos frequentem esse, ostenditur.

SECUNDA propositio, quæ ab aliquibus notata est, habetur in lib. 2. Operis, quod inscribitur, *Ascensus Montis Carmeli*. cap. 2. circa finem; ubi sublimis noster Doctores, agens de nocte fidei, perquam transire debet anima, ad hoc, ut ad perfectam, qualis in hac vita haberi potest, cum Deo vnionem perueniat, sic loquitur. *Hæc secunda fidei Nox, ad superiorem hominis portionem, quæ est rationalis pertinet, & consequenter intimior est magisque obscura. (spoliat quippe illam rationali luce, vel vt verius dicam, illam exæcet.*

Circa Elucidationem huius propositionis, stylum iam propositum seruabimus, vt scilicet prius verum eius sensum explicemus, deinde veritatem illius, & etiam loquendi modum communi Sanctorum Patrum, & Doctorum Catholicorum calculo comprobemus.

S. I.

Legitimus huius propositionis sensus declaratur, & ex sacra Scriptura, ac Theologia comprobatur.

SENSVS igitur legitimus, qui ex contextu aperiè deducitur, est verissimus, Catholicus, ac sacrae Theologiæ omnino conformis; non enim intendit, fidem, vel supernaturalia bona destruere naturam, vel illi aduersa esse, aut naturale rationis lumen extinguere; id namque falsissimum est, vt docet D. Thom. 1. part. quæst. 1. artic. 8. & in 3. dist. 23. q. 2. artic. 4. quæst. inc. 1. ad 3. & dist. 24. artic. 3. quæst. 2. ad 2. & alibi sæpè; sed solum vult fidei cognitionem, ac Mysticæ Theologiæ supernaturalem contemplationem excludere proprium, & connaturalem modum cognoscendi luminis naturalis; atque ad eod quoad hunc modum connaturalem priuare animam, in ipso fidei, & contemplationis Mysticæ actu, rationali lumine, eamque relinquere velut cæcam, vt ad superiorem, & longè diuersum cognoscendi, & intelligendi modum eam eleuet, atque ita rationale lumen nequaquam re vera destruat, aut extinguat, sed perficiat.

Explicatur hoc; etenim proportionatum, & connaturale obiectum intellectus nostri, pro hoc statu, sunt res sensibiles, materiales, & corporeæ. Vt docet D. Thom. 1. part. q. 12. artic. 4. & 11. & quæst. 84. art. 7. & q. 85. art. 1. & 5. & alibi sæpè, & in eisdem

B.
Joannis
à Cruce

Opera
mystica
NVI
129

dem locis eius Expositores, imò & omnes Philosophi communiter tenent. Habent
modi autem res connaturaliter appetit homo cognoscere per scientiam, quæ impor-
tat claritatem, & evidentiam: ut ex Aristot. docet idem D. Thom. 1. Methaph. le. 2. r.
& in 2. dist. 22. q. 2. art. 1. ad 5. Ex quo fit, ut proprius, & connaturalis modus cognos-
cendi, pro hoc statu, duo habeat; unum, scilicet terminari ad res corporeas, & sensibi-
les, & non nisi ad instar earum cætera cognoscere; aliud verò est, claritatem, & evi-
dentiam, quantum fieri possit, in sua cognitione quaerere. Cæterum fidei cognitio, &
Mystica contemplatio duas has condiciones excludit, ut alias duas longe dixeris, &
superiores statim explicandas inducat; hinc ergo fit, ut merito dici possit, ac debeat
fidei lumen, Mysticamque cognitionem, animæ privare rationali luce, non quidem
quo ad habitum, aut quasi habitum; aut potentiam, sed quo ad connaturalem eam in
contemplatione usum, eamque que ad huiusmodi connaturalem vitam, veluti cæce-
care, ut ad aliã longe superiorẽ, ac diuersam lucem, ac intelligendi modum eam ele-
uare.

4. Hic autem superior, & diuersus intelligendi modus, duas, ut iam diximus, habet
condiciones, illis duabus, quas in connaturali cognoscendi modo luminis rationis
pro hoc statu, reperiri diximus, contrarias. Prima est, ut nequaquam cum claritate, &
evidentia, sed potius cum obscuritate, & caligine ad Deum tendat. Hanc namque ob-
scuritas & caligo propria est luminis fidei; quod taliter illustrat, ut simul oblectan-
tem, caliginem, & cæcitatem inducat; iuxta illud 2. Petri 1. m. 19. Et habemus sermo-
nem propheticum sermonem, cui bene facitis attendentes, quasi lucerna lucenti in caligine loca,
quod etiam docet D. Thom. 2. 2. q. 1. art. 4. & 5; ibidem quo omnes eius Expositores,
imò & omnes Theologi, id accipientes ex D. Paulo ad Hebr. 11. n. 1. Fides est speran-
dum substantia rerum; argumentum non apparentium. Secunda verò conditio eiusdem Mys-
tici, & superioris cognoscendi modi est, ut nequaquam anima Deum, ad instar re-
rum sensibilium, imò nec aliarum rerum contrarium, per affirmationem cognoscatur,
sed potius per huiusmodi omnium rerum negationem, ac remotionem, cognoscen-
do utique non, quid sit, sed quid non sit atque adeò potius ignorantia, seu ignorantia
aut cæcitate, & caligine, quàm scientia.

5.

De quo cognoscendi modo loquebatur D. Dionys. c. 7. de diuina. non inibus, cum
dicebat: Ad id quod omnia transcendit, via & ordine pro viribus scandimus in omnium eorum
fina priuatione, atque in omnium causa, idcirco, & in omnibus Deus agnoscitur. Et scorsim de om-
nibus, & per scientiam & per ignorantiam noscitur Deus, & paucis interiectis subiungit: Et
item augustissima Dei scientia, qua per ignorantiam scitur in coniunctione illa, que superat sensum,
quando mens omnia transiliens, & se ipsam deum relinquens, coniuncta fuerit lucidissimum aliquid
inde, atque illic inscrutabili sapientia profundo illustrata, &c. Et lib. de Cælesti Hierarchia
sic inquit: Excedit illa (nempe diuina substantia) substantiam omnium, ritamque transgre-
dit; nulla hanc exprimit lux, omnisque sermo, omnis mens, atque ratio absque vlla comparatione
lius similitudine inferior est; &c. Et paucis interiectis subiungit: eamque inuisibilem,
infinite, & incomprehensibilem predicant; his eam appellantes hominibus, quibus non
quid sit, sed quid non sit dicitur; hic enim verius, ut arbitror, in opus est, & de
illa proprie magis asseritur. Nam sicuti secretior illa Sacerdotali que traditio docet, deum
illam esse aliquid negamus ex his que sunt, verum profectò loquimur, & si modum que
illa indefinita est; quippe qua super substantialis, & incomprehensibilis, atque ineffabilis

lis est prorsus ignoramus. Si ergo in diuinis rebus negationes quidem vera sunt, affirmationes verò nequaquam tantis arcanorum latebris congruunt, illa sanè convenientior in rebus inuisibilibus erit expressio, quæ per dissimilia signa monstratur. & c. Idemque docet in lib. de Mystica Theologia cap. 1. 4. & 5. necnon epist. 1. ad Caium Monachum, & epist. ad Titum.

Quam etiam doctrinam ex D. Dionysio his in locis desumptam tradit, & expli-
D. Thom. 1. part. quæst. 1. artic. 9. ad 2. 2. quæst. 8. artic. 7. in 3. distinct. 34. quæst. 1. ar-
tic. 4. in corpore, & distinct. 35. quæst. 2. artic. 2. quæstiuncula 2. & super cap. 7. D.
Dionys. de diuin. nomin. lect. 4. & alibi sæpè. Idemque D. Damascen. lib. 1. de Fide
cap. 4. præclare docuit his verbis: *In Deo autem impossibile est, quidnam essentia sua, ac natu-
ra ipse sit, dicere, aptiusque est ex omnium rerum sublatione, atque insiciatione operationem habere;
neque enim eorum, quæ sunt, quidquam est; quod quidem non ita accipiendum est quasi non sit, sed
quia supra omnia, quæ sunt ipse sit, atque aded supra ipsum esse, & c.* Quam similiter doctrinam
communiter Sancti Patres, & Doctores, vt D. Basilius contra Eunomium, D. Cy-
prianus de Cardinalibus operibus Christi in prologo, Clémens Alexandrinus lib. 5.
Stromatam, D. Augustinus, tract. 23. in Ioannem, D. Bonauentura lib. de paruo bo-
no part. 1. prope finem, Picus Mirandulanus lib. de ente, & vno cap. 5. noster Ioannes
à Les v Maria de Mystica Theologia cap. 7. noster Thomas à Les v, lib. 5. de Diuina
Contemplatione cap. 7. & sequentibus, pluresque alij docent, & bene expli-
cant.

His igitur de causis, dum anima vtitur in contemplatione superiori hæc cognitio-
ne Mystica, quæ per fidem habetur, quæque duas explicatas conditiones connatu-
rali cognoscendi modo luminis naturalis contrarias obtinet, merito ab Ecclesiæ Pa-
tribus, & Doctoribus Catholicis, quorum testimonia statim referemus, dicitur esse
in tenebris, & in caligine, & cum ignorantia, atque sine oculis, atque aded cum cæci-
tate, & priuata rationali lumine: non quidem quoad eius habitum, vel quasi habi-
tum, aut potètam, sed quoad eius connaturalem vsum, vt explicatum est; nihil enim
aliud omnes huiusmodi locutiones denotant, in quo sensu, vt ex dictis constat, ve-
rissimam, ac sublimem doctrinam in Theologia Mystica valde necessariam conti-
nent: & in eodem sensu eisdem locutionibus ab Ecclesiæ Patribus communiter re-
ceptis, & approbatis vsus fuit Mysticus noster Doctor, tam in hac propositione,
quam elucidamus, quam in alijs, in quibus eandem doctrinam tradit.

Desumiturque huius doctrinæ, & locutionis fundamentum ex Scriptura sacra, in
qua, ad declarandum quomodo Deus sublimem hanc, & obscuram sui cognitionem
amicis suis communicet, dicitur habitare in caligine, seu in tenebris Psal. 17. *Caligo
sub pedibus eius, Psal. 96. & posuit tenebras latibulum suum, Psal. 22. Nubes, & caligo in circui-
tu eius. Quare, postquam intulerunt Sacerdotes arcam fœderis Domini in Sanctum
Sanctorum, nebula impleuit domum Domini, nec poterant Sacerdotes stare, & mi-
nistrare propter nebulam: impleuerat enim gloria Domini domum Domini, dixit-
que tunc Salomon: Dominus dixit, vt habitaret in nebula, seu (vt alij legunt) Dominus polli-
citus est, vt habitaret in caligine 3. Regum 5. num. 12. quod etiam denotauit illud, quod re-
fèrit Exod. 20. num. 21. scilicet: Moysen, dum accederet in montem ad loquendum
cum Deo, accessisse ad caliginem, in qua erat Deus, & cap. 24. num. 15. vbi dicitur:*

B.
Joannis
à Cruce

Opera
mystica

NVI

129

cumque ascendisset Moyses, operuit nubes montem, & habitavit gloria Domini super Sinay, regem illum nube sex diebus, septimo autem die vocavit eum de medio caliginis, &c. Quem locum de caliginosa, & obscura Dei cognitione, communicata Moyli, explicavit D. Dionysius, c. de Myst. Theolog. D. Thom. in 3. dist. 35. q. 2. art. 2. quaestiuicula 2. D. Bonavent. de Mystica Theologia c. 3. articul. 1. & itinere 3. dist. 6. Dionys. Carthusianos in Exod. art. 4. pluresque alij Doctores.

9. Quod etiam denotatum fuit in eo, quod refertur 3. Regum 19. numer. 13. scilicet, Parentem nostrum Eliam, ad Dei transitum in monte operuisse vultum suum pallio; ad significandam scilicet obscuram hanc, & caliginosam Dei cognitionem, quae in sublimi illa visione ipsi communicata fuit, quod re & sublimis noster Doctor IOANNES in lib. 2. operis, quod inscribitur, *Ascensus montis Carmeli*, &c. cap. 8. his verbis ad propositum explicuit: *De sanctissimo quoque Elia Propheta Patre nostro legimus, quod cum in monte Horeb moraretur, Deusque praesens adesset, faciem suam obtulerit. Quo facto significavit, intellectum obtacuisse, nec fuisse ausum vti instrumento a deo abiecto in re tam sublimi attingente, manifeste agnoscendo, quod quidquid considerasset, ac in particulari intellexisset, plurimum ad Deum dissimile, ac ab eo diversum futurum &c.*

10. Habet ergo locutio haec, eiusque doctrina maximum in sacra Scriptura fundamentum, cui innitentes Sancti Patres, & Doctores Mystici, Venerabilisque noster IOANNES praedictam propositionem, & locutionem saepe protulerunt, & scripterunt, cuius sensum verissimum, Catholicum, sacraeque Theologiae omnino conformem esse, satis ostendimus. Vnde modo tantum superest, ut Sanctorum Patrum, ac illustrium Doctorum testimonia adducamus, in quibus eandem, qua Mysticus noster Doctor in praedicta propositione usus fuit, locutionem saepe repetunt, ut ita manifestum relinquatur, propositionem hanc, non solum quoad rem, sed etiam quoad loquendi modum, ab Ecclesia receptam, approbatam, & commendatam fuisse.

5. II.

Sanctorum Patrum, & illustrium Doctorum testimonijs eadem doctrina, & locutio corroboratur.

11. **O**BTINEAT igitur primum locum inter Ecclesiae Patres primus ille Theologiae Mysticae Magister Dionysius, qui multis in locis huiusmodi locutione utitur, ex quibus pauca aliqua selegimus, is igitur primo Theologiae Mysticae capite sic ad Timotheum scribit: *Tu vero Timothee charissime intensissima contemdi spectacula Mysticae exercitatione, & sensus lingue, & intellectuales operationes, & sensibilia, & intelligibilia omnia, & quae non sunt, & quae sunt omnia, & ut illi iungaris, qui super omnem substantiam, omnique scientiam est, ignotus pro viribus te ipsum inteneas, &c.* Vbi ad propositum particula illa ignote perpendenda est. Sed adhuc strictius eandem doctrinam, & locutionem repetit in fine eiusdem capituli, his verbis, tum vero, ipsa quoque, visibilia, atque intellectibilia contemplator lingue, ingreditur ignorantiae Mysticae profecto caliginem, in qua omnia scientia, & cognitio praesidia terminans, totus in ea fit, qui tactum penitus, visumque refugit, transcenditque, omnia, penitus autem ignoto scientia omnia, & cognitionis vacatione, & praestantiori modo comitatus, & eo quoque

ipso, quod nihil cognoscit, supra sensum mentemque cognoscens, &c. in quibus verbis particula illa, illa, ignorantia Mystica caliginem, nec non & illa, penitus ignoto, scientia omnis, & cognitionis vacante, adhuc strictiorem locutionem continent, quam sit ea, quæ in Doctore nostro Mystici propositione continetur, & triusque vero idem est sensus, ut iam explicuimus.

Quam doctrinam habet etiam idem Dionys. c. 7. de diuin. nominib. his verbis: Ad id quod omnia transcendit via, & ordine pro viribus scandimus, in omnium eminentissima priuatione, atque in omnium causa; idcirco, & in omnibus Deus agnoscitur, & seorsum ab omnibus, & per scientiam, & per ignorantiam noscitur Deus, &c. paucisque interiectis subiungit: Et est idem augustissima Dei scientia, quæ per ignorantiam scitur, in coniunctione illa, quæ superat sensum, quando mens omnia alia transfiliens, & se ipsam demum linquens, coniuncta fuerit lucidissimæ radijs, inde, atque illic inscrutabili sapientia profundo illustrata, &c. Vnde idem Dionysius ad Titum scribens inquit: Vertere te ad radium tenebrarum, satis exprimens qualiter hæc Mystica Dei notitia in tenebris, seu naturalis luminis cæcitate, sicut Venerabilis noster IOANNES docet, fiat, eo modo, quem iam explicuimus. Alia loca eiusdem Dionysij omitimus, in quibus eadem locutio continetur, quia ea, quæ iam retulimus, satis superque intentum conuincunt.

Deinde D. Bonauent. itin. 5. æternit. distinct. 6. sic ex Lincolniensi inquit: Surge, & restitue te incognitæ, ut possibile est, ad vñionem Dei, id est, eius, qui super omnem cognitionem est, quæ quidem restitutio, vel resurrectio fit per ipsius solius forte desiderium, & amorem superferendum, quæ nulla rationatiua inuestigatione potest esse cognita, &c. Et infra adiungit: Cessans enim in ista caligine ab operatione cognitionis, sed astuans desiderio solius Dei perfecti è ab ipso incogniti, ipsi soli vnitur, & cognoscens videt in ista caligine super intellectum, quia ad hoc cognoscendum non posset intellectus humanus, & inoculatus attingere, non quod intellectus dicatur inoculatus à priuatione potentie visiva, sed à priuatione omnis actus visivi dum oritur in illa caligine, &c. Quibus in verbis Seraphicus hic Doctor, quoniam pacto in hac caligine & tenebris intellectus maneat inoculatus, atque ad eò cæcus (sicut Venerabilis noster IOANNES asserit) rectè explicat, & iuxta hanc doctrinam statim subiungit: Gradus igitur ascensionis istius sunt, primo derelinquere omnia sensibilia, secundo omnia intelligibilia, tertio ingredi caliginem ubi apparet Deus, &c. Et paucis interiectis, id ipsum ex Vercellensi sic explicat: Sed adhuc restat principalior Dei cognitio, quæ figuratur in eo, quod Moyses, post prædicta separatur, ab ijs, qui prædicta secum viderant, & subtrahitur illi visis, & intrat in caliginem ignorantie, &c. Et paucis interiectis, subiungit: Quasi à se ipso segregatur, & per vnitatem dilectionis, quæ est effectiua vera cognitionis, vnitur Deo intellectualiter ignoro, & cum cognitione multo meliori, quam sit cognitio, in eo quod intellectualis est, quia in eo quod cognitionem intellectualem derelinquit super intellectum, & mentem Deum cognoscit, &c. Quod etiam optimè explicuit in lib. de lumine Ecclesie serm. 2. de ingressu ad sapientiam ibi: In anima sunt multa virtutes apprehensivæ, sensitiua, imaginatiua, intellectiua, omnes has oportet relinquere, &c. Et post pauca, ex D. Dionysio subiungit: Debemus habere mentes non habentes oculos, quia siens oculis intellectualibus diuinam essentiam aspiciere non potest, & id eò amouendi sunt, iuxta illud, quod scriptum est, in Cant. Auerte oculos tuos, quia ipsi me auolare fecerunt; runc Christus recedit, quando mens oculis intellectualibus nititur supernæ sapientiæ aspiciere, &c. Et inferius addit: Quod auferendo spiritus creaturarum debet intrare caliginem, & radium tenebrarum, &c.

Præter-

B.
Joannis
a Cruce

Opera
mystica

NVI

128

14. Præterea Dionysius Carthusianus sæpè eandem doctrinam, & locutionem tradit, sed præcipuè in lib. de Mystica Theolog. vbi sic loquitur. Veruntamen in contemplatione ferretur apex mentis, & intelligentie vertex Deo vniri tanquam omnino ignota manumoda quoque caligine fieri, nihilque penitus de illo cognoscere &c.

Eadem doctrina, & locutio habetur apud Henricum Arphium lib. 3. Mystice Theologie part. 3. cap. 23. his verbis: Quia propter per vicidam cognitionem suam non potest intrare in illam diuinam caliginem, vbi nimirum in quadam perfecta Deum ignorantia consistit, velut inter duas mensas quasi præ fame moritura ponitur, &c. Et paucis interiectis, subiungit: Sic igitur manet sedens in nuda caligine, & immediate coram ignota gloria Diuinitatis præsentia suam ibi constituens habitationem, &c.

15. Quam similiter doctrinam, & locutionem satis indicauit Gilbertus Abbas sermone 1. in Cant. vbi explicans illa verba: Per noctem quasi quem diligit anima mea, loquitur: Quod si ad inuentionem dilecti, & nox operatur cooperatur planè, & accommodatur, &c. dilectio ipsa hanc noctem inducit, &c.

Vltèrius Gerson tractatu de Mystica Theologia eadem locutione vixit dicens: Per abnegatis omnibus, qua vel sentiri possunt, vel imaginari, siue intelligi, ferat se spiritus per amorem in diuinam caliginem, vbi ineffabiliter, & supereminentialiter Deo coniungitur &c.

16. Accedit illuminatus ille Doctor Mysticus Ioannes Thaulerus, qui multis in locis hanc eandem doctrinam, & locutionem habet, sed præcipuè sermone in Dominica infra octauam Epiphaniæ, vbi sic optime ad propositum nostrum loquitur. Nam Deus Diuino quodam modo inter nos lucere debeat, ad hoc, non solum nihil confert lumen nostrum naturale, sed ipsum etiam ad merum quoddam nihilum oportet redigi, nosque simul ex toto esse nos ipsos, &c. Et paucis interiectis subiungit, Nam si hoc pacto Deum scire debeat, ipsam scientiam suam ad meram quandam ignorantiam, & tam sui, quam creaturarum omnium ignorantiam deduci oportet, &c. Et post pauca addit: Nihil enim homini consultus, nihil vtilius, quam ut in obscuritate quadam, & ignorantia se constituat, hic enim scire omne penitus desinitur, vel potius homo ab omni cognitione desinitur, &c.

17. Et sermone 1. Dominica 4. Quadragesimæ sic inquit: Itaque vnicuique fidelis, Christus ait. Renuntia propter me lumini tuo, quod meæ collatum luci verissima caligo est, & lumen meo contrarium, & ego cum sim lux vera, pro tenebris tuis aternam tibi lucem meam, & beatitudinem, essentiam, & vitam restituam, &c. Et sermone primo in festo Sanctissimæ Trinitatis inquit: In hac namque conuersione spiritus purgatus in diuinam caliginem, & quietum silentium, ac ineffabilem Diuinitatis vniionem immergitur, & absorbetur: hic vero, in ipsa scilicet immersione, omnis aequalitas, & inequalitas perditur. Enim vero in hac Diuinitatis vniionem spiritus purgatus se ipsum amittit, nihil iam, vel de Deo, vel de se ipso, vel de aequalitate, vel inequalitate, nec de vlla alia re sciens, &c. Quam doctrinam & locutionem sæpè in suis operibus Extraticus hic Doctor repetit, in prædictis verò locutionibus plura verba, que naturalis luminis, quoad vsum, priuationem, ac cæcitatem pro hac sublimi Dei contemplatione Mystica exigunt, inueniuntur, vt intuenti constabit, atque adeo prædictæ locutiones omnino, cum locutione Mystici nostri Doctoris consonant, immò strictiores sunt, eundem vero sensum quem iam explicauimus habent.

18. Eadem verò doctrina, & locutione vsus fuit sublimis ille Mysticus Doctor locutionibus Rusbroch. lib. 2. de ornatu spiritualium nuptiarum cap. 71. his verbis: Perid, quando

intro, vt dictum est, reuertimur siue rursum intra nos recipimus, fructus Dei vnitas, cæci caligo quædam, & velut qui dum modis experit, ac omnino incomprehensibile se habet. Et paulo inferius huius rationem reddens, sic subiungit: Nam quemadmodum, licet aër solis splendore persusus sit, & oculorum acies bene firma, & perspicax, si quis tamen radios splendorem efficietes oculis insequi, & in ipsam solis aciem intendere velit, non possunt non oculi, in sua actione deficere, & radiorum splendorem patiendò suscipere, ita planè lucis incomprehensibilis Dei corusca irradiatio in supremarum virium nostrarum vnitate, tam vehemens, tamque ingens occurrit, vt actionem omnem quatenus creaturæ est, & cum discretione, siue discretione comuncta est, deficere, & Dei hic operationem perperit oportet, & capit. 73. sequenti addit: Ex ipsa autem Dei vnitate simplex quædam lux in ipsam radiat, exhibens se velut caliginem, nuditatem, ac nihilum, in caligine quidem homo istiusmodi circundatur, vel circumplenditur, omnemque amittens modum, quasi errabundus vagatur, in nuditate verò omni consideratione, & discretione rerum omnium destitutus, &c. Quibus in locis, & in alijs similibus non minus, sed magis stantè, quam Mysticus noster Doctor IOANNES de hac re loquitur.

Accedit Richardus V. Aorinus tractatu de gradu violentæ charitatis, vbi sic loquitur: Suauitas itaque eius sentitur, sed species non cernitur, adhuc nubes, & caligo in circuitu eius, adhuc thronus eius in columna nubis, & post pauca subiungit: In hoc itaque statu anima dilectum suum sentire potest, sed sicut dictum est, videre non potest, & si videt quidem, videt quasi nocte, videt velut sub nube, &c.

19.

Consonat Albertus Magnus de adhærendo Deo cap. 7. vbi hæc habet verba: Non in super est figurabilis, sed in eimo affectu perfectissime appetibilis, non asimabilis, sed mundo corde totus affectibilis; quia super omnia amabilis & delectabilis, infinitaque bonitatis & perfectionis; & tunc fertur in mentis caliginem, & altius intra se elucatur, & profundius ingreditur.

Insuper Ambrosius Florentinus Camaldulensis, in Mystica Theologia sic loquitur: Tunc, quando contemplator ad Mysticam Dei cognitionem aspirat, creaturarum omnium tum corporearum, tum incorporearum imagines relinquens, secretam quandam in nebulam abdit se, vbi mira est igneatio, ibi enim amittit omnia scientia, cognitionisque adminicula; hoc est simulachra, quibus hominis inuititur cognitio.

20.

Pæterea Beata Angela de Fulgino diuina contemplatrix, agens cap. 25. de septima consolatione, & visione, sic scribit: Et post istud, vidi Deum in tenebra vna, & ideo in tenebra, quia est magis bonum, quod possit cogitari, nec intelligi, & paucis interiectis, & quia illud bonum est cum tenebra, id est magis certissimum, & magis superans omnia, quanto magis videtur in tenebra, & est secretissimum, quem loquendi modum in eodem loco sæpissime repetit.

Accedit etiam pijsimus ille, ac simul sapientissimus Archiepiscopus Bracharensis Frater Bartholomæus à Martyribus, qui 2. part. compendij spiritualis cap. II. sic loquitur: Sic denique sit idonea ad contemplandum diuinitatis abyssum sereno simplici, & iocundo intuitu, & calig. ante rationis oculo ad tantæ lucis conspectum ipse simplex mentis oculus viget, ac perspicit transcendens corporeas, atque incorporeas imagines, in sola caligine quiescens, quæ maxima lux est in hoc exilio &c. Vbi particula, caligante rationis oculo in sola caligine quiescens, perpendenda est, æquiuale enim omnino illi, quam Mysticus noster IOANNES in

21.

B.
Joannis
à Cruce

Opera
mystica
NVI
124

90
sua habet propositione, dicēs in sublimi hac contemplatione manere animam cæcā, ac priuatam sua rationali luce, quoad eius connaturalem actum, vt iam explicuimus, quam doctrinam, & locutionem citatus Frater Bartholomæus à Martyribus in eodem loco latè ex doctrina D. Dionysij explicat, & confirmat.

22. Et, vt ex alijs Doctoribus scholasticis præter Sanctos Patres iam recensitos alium referamus, sufficit pro omnibus præclatus ille Doctor Pius Mirandulanus lib. de ente, & vno cap. 5. vbi sic loquitur: *ad quartum igitur gradum ascendentes, intramus ignorantia lucem, & diuini splendoris caligine exoculati clamemus cum Prophetâ: Disparis aurijs tuis Domine, &c.* Vbi particula illa, *Caligine exoculati*, valde ad propositionem perpendenda est.

S. III.

Illustri Sanctæ Matris nostræ THERESIÆ testimonio eadem doctrina, & locutio corroboratur.

23. Sed vt plura alia Sanctorum Patrum, & Doctorum testimonia omitamus, coronidem huic capiti apponemus, præclaro quodam testimonio celestis illius Magistræ, THERESIÆ inquam nostræ, quæ c. 18. suæ vitæ de hac sublimi contemplatione sic sermonē instituit: *Iam ad internum illud quod anima hic sentit, venimus; quod, qui nouit, dicere potest, nam intelligi id nequit, nedum dici. Cogitanti mihi apud me: me ipsam, cui iam hæc scribere volebam (cum scilicet iam à sacra communione, & ab ea oratione, qualem hæc describo, surgerem) quidnam anima hoc tempore ageret; responsum à Domino fuit: Totam sese à Filia, destituit, quo se profundius intra me abscondat: & iam non est ipsa quæ videt, sed ego; & quia, quæ intelligit, nequit comprehendere, hinc perinde est, acque si intelligendo, non intelligeret. Qui quidem hoc experius fuerit aliquid horum intelligit, quia si clarus exponi non potest, eo quod per obscurum fit, id quod illic peragitur. Et paucis intericitijs subiungit: Intellectus, si quid intelligat, non intelligit, quomodo intelligat; saltem nihil eorum quæ intelligit potest comprehendere, equidem non puto ipsum quidquam intelligere, nam si cuiusdam dixi, hoc non intelligitur, & quomodo id fiat, plane ego intelligere non valeo, &c.* Quibus in verbis, tam ex Dei oraculo, quam sui mei testimonio, & experientia egregie docet quoniam pacto in hac sublimi contemplatione, & si intellectus reuera intelligat, tamen non intelligit modo sibi connaturali, atque ad eod, quoad hunc connaturalem modum, & usum, amittitur tunc rationale lumen, manetque, vt sic anima cæca, vt ad altiore, & secretiore intelligendi modum eleuetur, quod optimè explicatur per illud Christi Domini responsum: *Est non intelligere, intelligendo.*

24. Vnde tam doctrina, quam locutio Mystici nostri Doctoris IOANNIS, ipsiusmet Christi Domini testimonio, præter tot alia sanctorum Patrum, ac Doctorum Catholicorum iam recensita, omninò illustrata, & confirmata manet; ad eod, vt nemo possit rationabiliter hanc propositionem suspectam habere, quin pariformiter suspectas habeat locutiones, & doctrinam tot, tantorumque Ecclesiæ Patrum, ac Doctorum, imò & ipsiusmet Christi Domini oraculum suæ amantissimæ sponsæ THERESIÆ datum.

Hanc

Hanc eandem doctrinam, & locutionem ex professo tractant, & approbant Doctores alij moderni, cuiusmodi sunt Venerabilis noster IOANNES à LESV Maria cap. 6. de Mystica Theologia, noster etiam Thomas à LESV lib. 5. de divina contemplatione cap. 3. & sequentibus, Suarez tom. 2. de Religione lib. 2. de oratione c. 12. & 13. & plures alij.

In fine tandem huius elucidationis observamus, quod præter dicta, alio etiam modo posset prædicta locutio, & doctrina Venerabilis nostri IOANNIS, asserentis fidem excæcare (quo ad actualem usum) rationalem lucem, intelligi, & explicari. Cum enim fidei sit proprium captivare intellectum, iuxta illud 2. Corinth. 10. *Captivantes intellectum in obsequium fidei*, atque ad eundem intellectum ad obedientiam cæcam adducere: qua de causa actus credendi solet obedientiæ nomine significari, iuxta illud ad Rom. 1. *ad obediendum fidei*, & ad Hebr. 11. num. 8. *fide obediuit Abraham*, &c. Hinc fit, ut merito fides prædictam cæcitatem inducere dicatur, eò quòd de ratione perfectæ obedientiæ est, quod sit cæca. Hanc enim conditionem ei tribuunt communiter Sancti Patres, & Doctores, ut D. Bernardus sermone de conversione Sancti Pauli, Sanctus Ioannes Climacus gradu 4. de obedientia, Rosignolus lib. 4. de disciplina Christiana cap. 2. 4. Ildephonfus Rodriguez tractatu 5. de obedientia capite 6. Lessius lib. 2. de iustitia caput. 46. dub. 5. num. 29. pluraque ad hoc propositum testimonia Sanctorum Patrum, & exempla referunt Alvarez de Paz tomo 2. de exterminatione mali, tractatu de obedientia capite 11. & Suarez tom. 4. de Religione tractatu 10. lib. 4. cap. 15. Iuxta hunc ergo ad eò communem, & approbatum sensum, & locutionem verissimè dici potuit, si dem inducere in rationali lumine cæcitatem, illam utique, quam perfecta obedientia inducit. Vnde, tam in hoc, quam in præcedenti sensu, quem latius profecuti sumus, Catholica est, & verissima communique Sanctorum Patrum, & Doctorum calculo approbata hæc secunda propositio Mystici nostri Doctoris, non solum quoad rem, sed etiam quoad modum loquendi.

25.

CAPVT III.

TERTIA ELUCIDATUR PROPOSITIO, eiusque doctrina, & loquendi modus pluribus Sanctorum Patrum, & illustrium Doctorum testimonijs confirmatur, & illustratur.

SEQUITUR iam elucidanda tertia Mystici nostri Doctoris propositio, quæ ab aliquibus notata est, habeturque lib. 2. operis, quod inscribitur:

m 2

Ascen-

3.

B.
Joannis
à Cruce

Opera
Mystica

NVT

124

Ascensus Montis Carmeli, cap. 12, ubi assignans indicia, quæ habere debet is, qui intellectum à formis imaginarijs, actibusq; discursiuis nudare debet, ut ad contemplationis sublimitatem ascendat, sic loquitur.

Primum est, cognoscere, se iam non posse amplius meditari, neque in imaginationis opera uti, nec hac in re gustum ac refectionem mentis si, uti antea percipere; quin potius ariditatem quandam in ipsis reperire, in quibus solebat sensum desigere & succum ac pastum elicere.

2. In huius propositionis elucidatione consuetum stylum seruantes, prius legitimum eius sensum proponemus; deinde tam doctrinam, quam locutionem pleribus Sanctorum Patrum, & illustrium Doctorum testimonijs elucidabimus. Ut autem in hoc clarius, & distinctius procedamus; propositionem hanc in tres partes scabimus. In priori namque parte asserit, eum, qui ad contemplationis sublimitatem iam peruenturus est, debere intellectum in ipsa contemplatione nudare à formis seu speciebus imaginarijs. In secunda verò parte docet, debere etiam tunc nudare intellectum ab actibus discursiuis, qui in meditatione reperiuntur. In tertia tandem parte asserit, signum huius status, in quo scilicet debeat quis iam ad hanc contemplationis sublimitatem ascendere, in eo consistere, quod nequeat iam imaginationis operatione, actibusque discursiuis uti, nec in hoc voluptatem aliquam, aut deuotionem, sicuti antea, inueniet. Hæc ergo tres propositionis huius partis sigillatim suo ordine elucidabimus, quod, ut rectius, & clarius fiat,

§. I.

Pramittuntur quadam notatu digna.

3. **P**RAMITTENDUM est primum, ex D. Thoma in 3. distinctione 34. quæst. 1. art. 2. & dist. 35. q. 2. art. 2. quæstiuicula 1. duplex cognitionis, & contemplationis supernaturalis genus reperiri posse: aliud scilicet secundum humanum modum, quatenus, & si fiat cum auxilio ordinis gratiæ, adaptatum tamen nostro connaturali operandi modo, utique medio discursu præuio, necnon, & cooperatione phantasiæ: aliud verò, supra humanum modum, quatenus nimirum, ex specialissimo auxilio gratiæ correspondente dono intellectus, mens eleuatur ad hoc, ut sine prædictis imperfectioribus pro hoc statu connaturalibus, veritatem quasi nudam contempletur, quod plerumque contingere, ex testimonijs eiusdem Angelici Doctoris, & aliorum Patrum infra adducendis, manifestè constabit.
4. Secundo prænotandum est, diuersimodè Sanctos Patres, ac Doctores Mysticos ad vnum quodque ex his duobus generibus supernaturalis contemplationis nos dirigere: cum enim primum illud genus sit in nostra potestate simul cum auxilio gratiæ (quod ut docet idem D. Thom. 2. 2. q. 45. art. 2. nemini ad hoc denegatur) ad eum utique modum, quo alij actus supernaturales, verbi gratia, fidei, spei, & charitatis in potestate nostra esse dicuntur, hinc fit, ut huiusmodi contemplationis genus, re potè utilissimum, meritò hominibus suadeant, & ad illud quærendum, & assequendum valdè eos alliciant.
5. At verò cum aliud supernaturalis eleuationis, & contemplationis, quæ est supra humanum modum, genus eo ipso, quod supra humanum modum sit nullatenus huma-

humana diligentia, etiam cum communi auxilio gratiæ acquiri possit, sed solum misericorditer à Deo infundatur, hinc fit, ut nullatenus Sancti Patres, ad illud quaerendum, aut intendendum, homines inuitent; id namque præsumptuosum proculdubio esset, ut cõmuniter docent idem Sancti Patres, & Doctores Mystici, cuiusmodi sunt D. Dionysius c. 1. de diuin. nominib. §. 11. Ricard. de Sancto Viçt. lib. 4. de contempl. c. 2. D. Laurentius Iustin. de perfectione monastica c. 18. & S. Mater nostra THERESIA c. 12. suæ Vitæ, vbi idem adnotauit in marginali nota Magister Luysius Legionensis; necnon, & in Viâ perfectionis cap. 2. Beatus Thomas de Villanueua in Cantica, super illa verba. *Introduxit me Rex in cellam vinariam*, Suarez tomo 2. de Religione lib. 2. de oratione c. 14. nũm. 5. Molina Carthusianus tractatu 2. de oratione cap. 6. §. 2. Ludouicus à Ponte in introductione ad orationem mentale §. 11. circa finem, Magister Basilius Legionensis in Defensorio sæpè citato propositione 3. & plures alij.

Cæterum quamuis hoc secundum genus contemplationis, quæ est supra humanũ modum, veluti possitue quaerere, & intendere nequaquam prædicti Doctores suadeant, sed potius damnent, in alio tamen sensu, nos ad illud erigunt, quatenus, scilicet, docet remouere impedimenta, quæ talis contemplationis à Deo infusionem impedire, nosque ad eam indisponere possent; hoc enim nullatenus præsumptuosum, sed conuenientissimum est, ut ex se latius est manifestum.

Tertiò deinde animaduertendum est, in utroque ex prædictis duobus generibus contemplationis denudationem à formis imaginarijs, & à modo operandi discursiuo reperiri posse, licet diuersimodè. Nam in contemplatione, quæ est supra humanum modum, dari potest omnimoda denudatio à prædictis formis rerum sensibilium, & à cooperatione phantasiæ, necnon & à discursu, tam præuio, quàm concomitanti; ut ex testimonijs infra adducendis manifestè constabit. At verò in contemplatione illa supernaturali, quæ est secundum humanum modum, hæc quidem omnimoda denudatio, ac depuratio reperiri nequit; eo quod humanus modus operandi tantam perfectionem sortiri non potest, sed exigit semper tum discursum saltim antecedentem, & præuio ad ipsum contemplationis actum, ut docet D. Thomas 1. p. quæst. 85. art. 5. consentiuntque omnes Philosophi, ac Theologi: tum, etiam cooperationem, seu associationem phantasiæ, ut statuit idem S. Doctor 1. p. q. 84. art. 7. iuxta illud Aristot. 3. de anima: *Necessè est intelligenti phantasmata speculari*, quod non solum in operatione circa obiecta naturalia, sed etiam circa supernaturalia, quãdo humano modo fit, necessarium esse docet D. Thomas 1. p. q. 48. art. 7. & quæst. 94. art. 2. & 2. 2. quæst. 173. art. 4. & quæst. 174. art. 2. ad 4. Cum quo Doctores alij consentiunt, sumiturque ex illo Dionysij cap. 1. de cœlesti Hierarch. *Impossibile est lucere nobis diuinum radium, nisi varietate sacrorum velammum circumuelatum*, & ex D. Gregorio Nazianzeno oratione 2. de Theologia, vbi id expressè docet.

Cæterum in alio sensu prædicta denudatio potest in hac eadem contemplatione reperiri, à discursu quidem, quatenus & si illum supponat, cessat tamen cum ad hanc contemplationem peruenitur, & loco eius succedit simplex quædam veritatis æternæ intuitio, quietaque, & conformis operatio, ut ex D. Dionysio expressè docet, & declarat D. Thom. 2. 2. q. 180. art. 6. beneque tractat Suarez citato lib. 2. de oratione cap. 10.

6.

7.

B.
Joannis
à Cruce

Opera
mystica

NVI
124

Deinde etiam potest reperiri denudatio à formis imaginarijs, ad hunc sensum, ut scilicet intellectus concipiat Deum, & res spirituales per modum remotionis, ut docet D. Thomas 1. parte quæst. 84. art. 7. ad 3. & alibi sæpe, de quo cognoscendi modo præcedenti capite latè differuimus. Tunc enim licet necesse sit dari operationem, & associationem phantasie circa objecta illa, quæ à Deo remouentur, tamen cognitio ipsa non concipit in objecto aliquid corporeum, & ideo non dantur phantasmata, aut formæ imaginariæ talis objecti sic cogniti: ut ex prælo docet Diuus Thomas loco proximè citato his verbis: Deum, ut Dionysius dicit, cognoscimus, ut causam, & per excessum, & per remotionem; alias etiam incorporeas substantias in statu presentis vitæ cognoscere non possumus, nisi per remotiones, vel aliquam comparationem ad corporalia, & ideo cum de huiusmodi aliquid intelligimus, necesse habemus, conuerti ad phantasmata corporum, licet ipsorum non sint phantasmata.

8. Hæc igitur cognitio ex parte quidem objecti cogniti nihil corporeum importat, ex parte tamen modi cognoscendi, dici potest, importare aliquid materialitatis, non quia modum aliquem materialitatis in objecto concipiatur; illum enim potius remouet, sed quia postulat per se coniungi cum operatione phantasie circa propria phantasmata corpora iam dicta: & in hoc consistit conuersio illa phantasmatica, quam docet D. Thom. esse necessariam, & de qua loquebatur Aristoteles, cum 3. de anima dixit: Oportet intelligentem phantasmata speculari.

9. Vnde hæc cognitio rerum spiritualium, potiorique titulo cognitio Dei, nullatenus est quid dicitur, & perfecta, sed potius valde imperfecta, & confusa, quatenus concipit Deum esse aliquid supra omnia alia, quæ potest attingere; atque adeo est cognitio valde adaptata caliginosæ illi cognitioni Mysticæ, de qua cap. præcedenti latè differuimus; quam imperfectam rerum spiritualium cognitionem à rebus corporeis, modo dicto, abstrahentem, ac supra illas se eleuantem, concedit expressè D. Thom. 1. parte, quæst. 88. art. 2. in corpore, & ad 1. & 3. contra sentent. cap. 45. quibus in locis Caietanus, & Ferrara aduertunt sententiam D. Thomæ re ipsa nullatenus discordare à sententia Scoti in 1. dist. 3. q. 2. conclusionè 1. 3. & 4. assertentis, posse nos peruenire in statu viæ, ad conceptus de Deo proprios, qui creaturis non conueniant, licet non possimus aliquem conceptum proprium de Deo in particulari, hoc est perfectum, usque ad ultimam Dei differentiam, aut quasi differentiam habere: & ita dicunt prædicti Auctores solum esse diuersitatem inter D. Thomam, & Scotum in modo loquendi; quatenus D. Thom. huiusmodi cognitionem imperfectam rerum spiritualium, & si earum propriam, quia tamen non pertingit usque ad ultimam earum differentiam in particulari, appellat cognitionem dumtaxat, quoad *an est, ita quia est?* Scotus verò eandem appellat cognitionem, quoad *quid est?* quia per eam saltim in communi, & imperfectè quid prædictæ res spirituales sint cognoscimus.

10. Conueniunt tamen, uterque Doctor, Angelicus, & subtilis, & cum eis ceteri Theologi, & Philosophi, in eo quod iam diximus, & ad propositum nostram pertinet, scilicet posse dari in via cognitionem propriam de rebus spiritualibus, & de Deo, per quam imperfectè, & veluti in confuso tales res, ut ab omnibus rebus corporeis separantur, & eleuantur, per viam remotionis cognoscantur. Et ad hunc sensum potest in contemplatione supernaturali, quæ secundum humanum modum fit, dari denudatio

datio à formis imaginarijs, quatenus scilicet per talem cognitionē omnia materialia, & corporea, imperfectionesq; creatæ à Deo, modo dicto, remouētur, formaturq; proprius, licet imperfectus, & confusus conceptus Dei, vt ab illis omnibus distincti, quāuis detur semper in hac contemplatione associatio phantasiae circa propria ipsius phantasmata corporea, quæ tamen associatio, & adumbratio multoties fere imperceptibilis est, vt re & docet noster Thom. à Iesu lib. 5. de diuina contempl. c. 1. circa finē, qui etiā in eodē lib. c. 10. optime explicat ex SS. Patrū doctrina, quomodo hæc notitia secludens ex parte obiecti oēs imperfectiones, possit in hac vita, modo dicto reperiri, §. 11.

Ex dictis elucidatur prior pars huius propositionis.

Quibus suppositis, quod attinet ad primam partē huius propositionis, duplex illius sensus, & vterq; verissimus esse potest. Primus est, eū qui ad supernaturalis contemplationis, etiā illius, quæ secundum humanum modū fit, sublimitatem perueniturus est, debere non quidē habitualiter, sed actualiter, hoc est in ipso contemplationis actu, intellectu à formis, seu speciebus imaginarijs nudare ad hunc sensum, vt & si reuera cum phantasia associatione, atq; ad eō per conuersionē ad phantasmata operetur, tamen ex parte obiecti, nihil tale concipiat, sed in sola illa Dei cognitione confusa, & caliginosa sistat, in qua ipsam phantasiae associationē, seu adumbrationē, vt pote fere imperceptibile, non sentiat; quod quonā pacto connaturaliter fieri possit, paragrapho præcedenti explicuimus. Et ad huiusmodi denudationē sic explicatam positiuē (vt sic dicamus) debito tēpore querendam, Mysticus noster Doctor virum cōtēplatiuū instruit, quia (vt sup. n. 4. dicebamus) re vera est in nostra potestate, cū auxilio gratiæ, quod consonē ad connaturale hominis operandi modū à Deo tribuitur.

Secundus vero sensus eiusdē partis est, eum qui ad illius contemplationis supernaturalis, quæ supra humanū modū fit, sublimitatē perueniturus est, debere tunc intellectum à formis, seu speciebus, imaginarijs omnino nudatū habere, taliter, vt etiā phantasiae associationem, conuersionemq; proinde ad phantasmata excludat: quamuis, n. id secundum connaturale operandi modum contingere nequeat, quod tantum voluit D. Thom. & alij PP. ac Doctores supra nu. 6. citati, bene tamen secundum alium superiorem, & supra humanum modum; quod aperte docent SS. Patres, imo & Angelicus ipse Doctor, pluresq; alij illustres Doctores, præsertim Mystici, quorum testimonia statim referemus; tenentq; plures alij; cuiusmodi sunt noster Thom. à Iesu c. 1. de cōt. c. 1. & 2. noster Ioan. à Iesu Maria in Theol. Myst. c. 6. noster Hier. à Matre Deit. de Theol. Myst. in via vnit. c. 2. 3. 4. & 5. Ant. Sucq. in 1. Viæ vitæ æternæ lib. 3. c. 16. Greg. de Valer. to. 1. disp. 6. p. 1. punct. 3. Ragusa in 3. p. disp. 26. Molin. Carthusian. tr. 2. de or. c. 6. §. 1. liber qui inscribitur, *Ascensus Montis Sion, diæta 3. c. 4.* Aluarado to. 1. Artis bene viuendi lib. 2. c. 42. Luisius Legionensis in quadam nota marginali, quæ habetur in cap. 1. Mansionis septimæ S. Matris nostræ THERESIÆ, Basil. Legionens. in Defensorio cit. propositione 3. & in quibusdam annotationibus ad confessiones Beati Ildephonsi de Orozco n. 21. & 23. pluresq; alij Doctores.

Vnde quamuis hæc prima pars propositionis Mystici nostri Doctoris in hoc secundo sensu, qui strictior & rigorosior est, intelligatur, insignem hanc tot Sanctorū Patrū, illustriumque Doctorum approbationē, tam quoad rem, quam quoad loquendū

B.
Joannis
à Cruce

Opera
mystica
NVI
124

quendi modum obtinet. Cæterum ad hanc contemplationem supernaturalem hoc secundo modo sumptam, atque adeò ad hanc omnimodam denudationem sic acceptam positivè quærendam, nequaquam inuitat Mysticus noster Doctor, propter eas, quæ supra n. 5. diximus, sed solum docet, eam non impedire, seu remouere ea, quæ eius à Deo infusionem impedire possent. Superest autem modo, ut Sanctorum Patrum, ac illustrium Doctorum testimonia, in quibus eadem doctrina, & locutio Venerabilis N. IOANNIS de prædicta denudatione non solum in primo, sed etiam in secundo sensu iam explicato continetur, referamus.

§. III.

*Testimonijs Sanctorum Patrum prædicta doctrina,
& locutio comprobatur.*

14. **O**btineatque primum locum Ecclesiæ lumen D. Augustinus lib. 12. de Genesi ad litteram c. 12. & 26. ubi de eleuatissima contemplatione, quæ in hac vita haberi potest, loquens, sic habet: *ibi sine vlla corporis similitudine perspicua veritas cernitur, nulli opinionum falsarum nebulis offuscatur, ibi virtutes animæ non sunt oppressæ ac laboriosæ, & infra subiungit: Vna ibi, & tota virtus est, amare quod videtur, & summa felicitas est, habere quod amatur, quod etiam docuit tract. 102. in Ioannem his verbis: Cùm verò spiritualis experit omnia iudicare, ipse autem à nemine diiudicari, etiam si in hac vita adhuc velut per speculum ex parte respicit, tamen non nullo corporis sensu, nonnulla imaginaria cogitatione, qua caput aut fingit qualiscumque similitudines corporum, sed mentis certissima intelligentia Deum intelligit, non corpus ipsi, sed spiritum, &c.*

Sed latius, & expressius id ipsum docet lib. 9. confes. cap. 10. his verbis. *Dichæmus: Si cui fileat tumultus carnis, fileant phantasia terra, & aquarum, & aëris; fileant & poli, & ipsi sibi anima fileat, & transeat se non se cogitando: fileant somnia & imaginaria reuelationes, omnia lingua, & omne signum, & quidquid transeundo fit, si cui fileat omnino. Quoniam si quis audiat, dicunt hac omnia: Non ipsa nos fecimus, sed fecit nos qui manet in æternum. His dictis si iam tacent, qui exierunt aurem in eum qui fecit ea, & loquatur ipse solus, non per ea, sed per se ipsas, ut audiamus verbum eius, non per linguam carnis, neque per vocem Angelis, nec per sonitum nubis, nec per ænigma similitudinum, sed ipsum, quem in his amamus, ipsum sine his audiamus: sicut nunc extitimus nos, & rapida cogitatione attingimus æternam sapientiam super omnia manentem; si contentur hoc, & subtrahantur alia visiones longè imparis generis, & hac vna rapiat, & absorbeat, & recondat in interiora gaudia spectatorem suum, ut talis sit sempiterna vita, quale fecit hoc momentum intelligentia, cui suspiramus, nonne hoc est: in gaudium Domini tui?*

15. **C**ontinuat Augustino eius perpetuus discipulus, & illustrator Angelicus Doctor D. Thomas in 3. dist. 34 q. 1. art. 4. his verbis: *In statu viæ Deum magis videmus cognoscendo quid non est, quam apprehendendo quid est; & ideo quantum ad statum viæ, ponitur cor in munditia, non solum à passionum illecebris, sed etiam ab erroribus, & phantasmatibus, & spiritualium formis, à quibus omnibus docet abscedere, Dionys. cap. 1. de Mystica Theologia, tendentes in diuinam contemplationem, & in eadem quaestione art. 2. sic inquit: In his autem, quæ supra rationem sunt, perficit fides, quæ est inspectio diuinorum in speculo, & in ænigmate, quod autem spiritualium quæ*

quasi nuda veritate capiuntur, supra humanū est modum: & hoc facit donum intellectus &c. quasi diceret, quod & si intellectus cum humano modo, tam in ordine naturali, quā in ordine supernaturali operatur, nequit spiritualia, quasi nuda veritate capere, sed in speculo, & ænigmate medijs phantasmatis, & formis sensibilibus, ut ipsemet S. Doct. locis supra n. 6. citatis, & alijs docet; at tamē quando intellectus supra humanum modum operatur, tunc phantasmatum, ac specierum sensibilibum vsu nequaquā indiget; idēque docet dist. 35. quæ. 2. articulo 2. quæstiuncula 2. in corpore, & ad secundam vbi auctoritatem illam Dionysij 1. cap. de cœlesti Hierarch, quod scilicet, *Impossibile est nobis aliter lucere diuinum radium, nisi varietate sacrorum velaminum circumuelatum*, sic explicat Sanct. Doctor, quod Dionys. loquitur quantum ad principium reuelationis diuinorum, in qua, quasi per sermonem quendam, nobis in signis, & figuris proponuntur, sed vterius de auditis sic per donum intellectus mens illustratur. Quam etiā doctrinam docuit de verit. q. 13. artic. 2. ad 9. vbi expressē asserit, species intelligibiles à Deo aliquando infundi sine villo phantasmatum aut imaginationis consortio: agit enim ibi de duplici raptu, quorum vnus est, quo mens rapitur, id est, alienatur, & omninō abstrahitur à sensibus externis ad imaginariam visionem; alter, quo abstrahitur, & rapitur à sensu, & imaginatione simul ad intellectualem visionem: Et hoc (inquit D. Thom.) dupliciter, vno modo secundum quod intellectus intelligit Deum per aliquas intelligibiles immisiones, quod est propriè Angelorum, & sic fuit extasis Ada. ut dicitur Genes. 2. in Glossa; qua extasis rectè intelligitur ad hoc immissa, ut mens Ade participet Angelicæ Curie, & intrans in Sanctuarium Dei nouissimè intelligeret, &c. Vbi apertè docet Adam, modo Angelorum, sine vlla imaginationis cooperatione per species intelligibiles à Deo infusas, Deum fuisse contemplatum.

Eandem doctrinam habet D. Bernardus serm. 52. in Cantic. vbi sic inquit: *Moriatur anima mes morte etiam si diu potest, Angelorum, ut presentium memoria excedens rerum se inferiorum corporearumque non modo cupiditatibus, sed & similitudinibus exuat, sitque pura cum eis conuersatio, cum quibus est puritatis similitudo talis, ut opinor, excessus aut tantum, aut maxime contemplatio dicitur, rerum enim cupiditatibus viuendo non teneri, humana virtutis est, corporum vero similitudinibus specularando non inuolui, Angelica puritatis est. Vtrumque tamen diuini muneris est, vtrumque excedere, vtrumque seipsum transcendere est, sed longe vnum: alterum non longe. Beatus qui dicere potest: Ecce elongaui fugiens, & mansi solitudine, &c. Id ipsum docet sermone 35. in Cantic. his verbis: *Transisti carnis oblectamenta, ut minime iam obediās concupiscentijs eius, nec tenearis illecebris, perfecisti, & superasti te, sed nondum elongasti, nisi, & irruentia vndique phantasmata corporearum similitudinum transfutare mentis puritate preualcas, &c.**

Accedit D. Bonaventura itinere 3. æternit. distinct. 4. vbi sic loquitur: *Secundò modo fit hæc reuelatio æternorum siue visio intellectualis, ut dicit Ricardus, quando spiritus humanus per internam inspirationem suauiter factus, nullis mediantibus rebus visibilibus ad cœlestium cogitationem erigitur, sicut vidit Propheta, qui vidit in spiritu, & Aimo super Apoc. concordat vbi dicit: *Intellectualis visio siue reuelatio fit quandoque non per corporales res, nec per similes, sed ipsa veritas immediate manifestatur videntibus, &c.* Et itinere 3. æternit. distinct. 4. ar. 2. sic ait: *Quartus gradus secundum Ricardum est, qui in ratione, & secundum rationem formatur, quod vtiq; fit, cum semoto omni officio imaginationis solum alijs animus intendit,**

B.
Joannis
à Cruce

Opera
mystica
NVI
128

qua imaginatio nō nouit, &c. Et inferius subiungit: Hic gradus contemplationū perfectior est precedentibus. eo quod tam à corporalibus, quam à temporalibus magis elongatur. Vnde Ricardus dicit, quod in hac contemplatione animus humanus, primum pura intelligentia vititur, quia inuenit omnium imaginationis officio ipsa intelligentia nostra in hoc primo negotio se ipsa, & per seipsum in genere videtur, &c. Ad quod propositum ibidem, & ar. 4. multa subiungit, & de Theologia Mystica circa finem ait: Quod si etiam per amorem, & illuminationem diuinitus informam ab intellectu admixtio phantasia separaretur, semper tamen intellectus Deum modo finis, & limitato apprehendit, &c. Et de luminatibus Ecclesie serm. 2. de ingressu ad sapientiam sic ait: Ad istum saporem uuat superferri omnibus sensibilibus, omnibus occupationibus intellectibilibus, quæ sunt cum phantasmatibus, transire etiam angelicas intelligentias, ut possit cum Spiritu dicere: Inuenerunt me vigiles, &c.

18. Huic etiam sententiæ subscribit Hugo de Sancto Victore lib. 2. de anima cap. 20. his verbis: Redeat ad se mens rationalis, & colligat se in se, ut sine imaginibus corporum seipsum, & Omnipotentis Dei inuisibilem naturam considerare valeat, terrenarum phantasmatum imaginem, & quidquid terrenum cogitationi eius occurrat, respiciat, &c. Et clarius in eodem loco huiusmodi contemplationem explicat dicens: Cum enim caperit mens per puram intelligentiam semetipsam excedere, & illam incorporea lucis claritatem tota intrare, in actum inordinamenti excessu illa, quæ exsuperat omnem sensum, inuenitur, atque obtinetur, ut fiat filium in celo quasi hora dimidia, ita ut contemplantis animus nulla alterantium cogitationum turbatione turbetur, nihil sensualitatis, nihil illic agit imaginatio, sed omnis interior vis animi proprio interitū videtur officio.

19. Præterea Ricardus de Sancto Victore lib. 3. de contemplatione cap. 1. sic inquit: Quid hic facit phantasmatum corporalium creatrix, moderatrix, & reparatrix imaginatio, recedat procul ab hoc negotio tot phantasiarum formatrix imaginatio, quæ tot corporum formarum quodæmodo nouas creat, &c. Subiungitque, nihil hic profunt, imo multum obstant suorum formachrorum tam copiosa multitudo, &c.

20. Insuper Albertus Magnus lib. de adhaerendo Deo cap. 4. sic ad propositum proferunt loquitur: Felix ergo, qui per abstersionem continuam phantasmatum, & imaginum ac per introversionem, & sursumductionem mentis in Deum, tandem aliquando eccitatur phantasmatum, &c. Et paulò inferius subiungit: Omnia igitur phantasmata, sicut imagines, & formas rerum omnium extra Deum, à mente reijcias, ut in solo nudo intellectu, & affertur ac voluntate tuam pendeat exercitium circa Deum intrate, &c. Et paucis inceptis, sic concludit: Summo opere igitur necessarium est, ut audita, visa, facta, & dicta, & similia sine phantasmatis, imaginibus, & occupationibus recipiantur, nec etiam ex consequenti, vel antea, vel postea super hoc phantasmata, & implicationes formentur, aut nutriantur, &c. Quam etiam doctrinam c. 8. & 10. repetit.

21. Consonat Sanctus Nilus cap. 63. de oratione, ubi sic inquit: Cum oras, ut sepe Deum in reipso, in dō accede sine materia ad expertem materia, & intelligis, &c. c. 64. ait: Cum non potest inuidus Damon memoriam in oratione excitare, tunc temperationi corporis vim recipit, ut faciat aliquod inusitatum simulachrum apparere ad figurandum Deum, quomodo rem suam in stodia tua, mensura, tuam à nouissis istis inter orandum custodi, &c.

22. Doctrinam hanc sapientissimè docet, probat, ac defendit Dion. Cartusianus, necnon opuscul. de Vita in claustrum cap. vitimo, ubi loquens de contemplatione perficitur inquit

inquit: Interdum autem fit hoc sublimius, purius, atq; diuinius per species & radios intellectuales, hoc est per solam intellectualem illuminationē, & spirituales species, aut luminis infusionē, sicq; contingere solet per sonos perfectius, heroicis, ac diuinis, &c. Quod adhuc clarius docet in cōmentarijs Mysticæ Theologiæ art. 2. id ex Dionysio probans, & inter alia, sic inquit: Si sine phantasia nequit mens humana quidquam cognoscere, quomodo vera sunt, quæ de anagogica, ac pure mentali contemplatione, & superna illustratione Sancti locuti sunt, & scripserunt, &c. Nec minus clare idem statuit in commentario cœlestis Hierarchiæ art. 5. q. 6. nec nō, & in i. sententiarum dist. 2. alijsq; in locis.

Docet etiam id ipsum Doctor Ioannes Taulerus sæpissimè in suis operibus Mysti- 23.
cis, ut sermone vnico Dom. 1. post Natiuitatem, his verbis: Vbi enim vires anima à cunctis operibus, & imaginibus abstrahuntur, ibi verbum istud profertur, &c. Vbi ad hoc propositum multa subiungit, & clarissimè cap. 25. institutionum, nec non cap. 35. eiusdem libri, vbi sic ait: Quod si querat aliquis, cur omnibus imaginibus renuntiandum sit? Respondetur eam ob causam, quod non nisi via quadam sine ad nudam, & simplicem veritatem, si ergo ad veritatem ipsam pertingere velint, paulatim abdicanda via est, &c. Et inferius sic subiungit: Caterum tria sunt, ex quibus aduerri potest, quando prædictæ imagines abdicandæ sunt, &c. Vbi de hoc latè, & eruditè tractat, signaque ad hoc cognoscendum, sicuti Venerabilis noster IO-ANNES constituit.

Accedit Rusbrochius de perfectione Filiorum Dei cap. 2. vbi agens de rebus, quæ reddunt hominem interitum, inquit: Primum est, cor imaginibus vacuum, &c. Et paulo inferius: Est interna libertas, id est, vt absq; imaginibus, vel simulacris & impedimentis se se quis possit erigere in Deum in cunctis exercitijs internis, & cap. 3. sequenti, homo contemplator sit liber, & expeditus ab omnib; semper in intima spiritus sui penetralia nudus, & imaginib; vacuus, &c.

Consentit sapientissimus ille Antistes Frater Bartholomæus à Martyribus 2. part. 25.
Compendij spiritualis cap. 11. vbi sic loquitur: Imo tempore vnionis inter Deum, & animã quacung; licet bonæ imagines sunt, procul expellendæ, quia sunt media inter verumq;, idèd athleta huic peruenire cupiens (Deo ipsum trahente, atq; vocante) cum primum senserit se diuino amore vehementer inflammati ac sursum trahi, prope rescindat quaslibet imagines, festinetque ad Sancta Sanctorum, & ad internum illud silentium, in quo non humana, sed diuina dumtaxat est operatio, ibi enim Deus ipse est agens, homo verò patiens: nam dum vires anima silent, & à propria actione quiescunt, atq; ab omni deniq; externa imaginatione libera sunt, Deus ipse loquitur, easque mentis vires pro libito disponit, & afficit, nobilissimum opus in ea peragens, &c. Et paulo antea dixerat: O verè beata anima, quæ propria omni operatione seposita, in rememoratiua nudatur omnibus imaginibus, &c. Id ipsum docet 2. part. compendij cap. 12. §. 1. vbi sic loquitur: Euenit enim sæpissimè vt is qui rapitur, non solum cesset ab operationibus sensuum externorum, ita vt omnino ignoret quid extra fiat, sed etiam virtuti phantasticæ, ac imaginariæ actio sua penitus denegetur, adeo vt phantasia nullum irruere valeat, aut si irruat, non rationis, voluntatisq; superioris virtute prematur.

Correspondent etiam huic testimoniorum catenæ apponat testimonium cœlestis 26.
nostræ Magistræ THERESIÆ, quæ capit. 27. suæ vitæ de hac altissima contemplatione loquens, sic inquit: DEVS quippe in intimo anima penetrabilibus id imprimit, quod eam vult intelligere, ac sine ulla imagine, aut verborum forma id representat: hic modus

B.
Joannis
à Cruce

Opera
mystica
NVI
128

quo Deus animam intelligere facit id quod vult, nec non magis, ac veritates & mysteria, imprimi nō
setur: nam scpe, hoc est, tum cum mihi Dominus aliquam visionem, quam Maestas eius mihi repre-
sentare dignatur exponit, tali modo id fieri solet: & hic modus esse videtur, in quem se eadem
minus potest ingerere. Hac quippe visionis & locutionis species, est quid ita spirituale, ut nulla, nec
iudicio, in potentijs aut sensibus sit concitatio, & qua aliquid ad rem suam spectans demon possit dis-
cere. Ex quibus omnibus prima pars huius propositionis Mystici nostri Doctores,
quæ de imaginum, ac phantasmatum denudatione agit, satis superque, tam quoad
rem, quàm quoad loquendi modum tot Sanctorum Patrum illustrium; Doctorem
testimonijs comprobata manet.

276. Nec ex huiusmodi doctrina sacrarum imaginum extenarum vsus, ac debita re-
verentia etiam perfectis, & contemplatiuis interdicitur, imò potius debum earum
vsus, & cultum Mysticus noster Doctor tuadet, ut infra ostendemus, sed solum cum
prædictis Sanctis Patribus, & Doctoribus intendit Ven. noster IOANNES, imago-
nes internas rerum corporearum, & has non semper, sed in ipso contem-
plationis per-
fectæ actu, denudandas esse; quomodo autem vir perfectus circa extenarum imagi-
num vsus se gerere debeat, infra, in propositione citata ex professo declarabitur.

§. 1V.

*Animaduersio circa statutam doctrinam val-
de notanda.*

283. Cæterum adhuc circa internarum imaginum denudationem, valde obse-
dum est, in earum numero nequaquam computari voluisse Mysticum nostrum
Doctorem, Christi domini eiusque humanitatis imagines, ita ut etiam in sublimi
contemplatione semper denudandæ sint, quamuis etiam aliquando eas dimitte-
ndas esse asserat, quoties scilicet ipsemet Deus ad puræ diuinitatis sublimem contem-
plationem mentem eleuat: quam doctrinam expresse tradidit lib. 3. operis quod intitu-
bitur, *Ascensus Montis Carmeli*, cap. 1. his verbis: Hoc autem studium obliuiscendi ac reliquias
notitias & figuras, nunquam de Christo eiusque sacratissima humanitate intelligi debet. Licit
nim interdum in contemplationis culmine, & simplici diuinitatis intuitu sacratissima huius hu-
manitatis non recoretur anima, eo quod propria sua manu subleuauerit Deus spiritum ad eam
quasi confusam, & valde supernaturalem notitiam; verum & industria data que operatur
uisi nullo pacto, ac nulla ratione expedit, siquidem eius intuitus, amor & que meditatio ad om-
nium bonum promouebit, illiusque ad inuicula facilius vnionis fastigium conscendet. Clarum est enim
quod quæuis aliæ visibiles & corporeæ res obliuione sepeliri debeant, eo quod vnionem præpeditant,
quaquam tamē in hoc numero reponendus est ille, qui ob remedium nostrum homo factus est, quæ
veritas, ostium, via, & dux ad omnia bona. Quibus verbis nihil clarius, nec conuenientius
pro hac re dici potest.

290. Vnde eandem prorsus doctrinam docet S. Mat. N. THERESIA, quæ & si valde re-
prober eorū opinionem, qui humanitatis Christi Dñi imagines data opera ab his, qui
ad sublimis contemplationis statum iam accedunt, vel perueniunt, relegandas esse
sentiant; tamen non propterea negat, imò potius expresse concedit aliquando in
sublimi contemplatione huius sanctissimæ humanitatis præsentiam dimitte-
ndam esse; vel, ut melius dicam, vi huius sublimis contemplationis diuinæ omnes
nar.

me, & imagines etiam Domini, & Saluatoris nostri Iesu Christi à Deo remouentur, vt manifestè constat ex eius expresso testimonio in eodemmet loco, vbi de hac re ex professo agit; & prædictam opinionem reprobatur, nempe c. 22. suæ vitæ, vbi post eius longam reprobationem, vt plenius suam mentem explicaret, sic subiungit: Hoc autem punctum bene velim intelligi, & vnam me commode possem declarare. Cum enim omnes potentias Deus suspendere vult (sicut ex orandi modis, quos hæcenus declarauimus, perspicue videre fuit eas suspendi) tunc certum est, etiam nobis inuitis & reluctantibus, corpoream hanc præsentiam humanitatis Christi tolli, sed tollatur parum refert: salix & optanda est huiusmodi iactura, cum per eam magis fruamur eo, quod videbatur amitti; tunc quippe anima totam se impendit, amando, quem intellectus cognoscere tam operose studuit, & amat id quod minime potuit comprehendere, & fruitur eo quo tam bene frui non posset, nisi se ipsam perderet, vt se (vt dixi) magis lucrifaceret. Sed vt data opera & studio assuesceremus, ex omnibus nostris viribus non conari sanctissimam hanc humanitatem semper præ oculis habere (& faxit Deus semper eam præ oculis haberemus) hoc inquam, mihi prorsus non placet; atque hoc est animam velut in aëre suspensam (vt vulgo dicitur) tenere: videtur quippe omni fulmine & adminiculo carere, quantumuis Deo seputet plenam esse, &c. Idemque docet Mansioni 6. cap. 7. vbi de hac eadem præsentia Christi Domini loquens, sic subiungit: Si forte Dominus eam exinde suspendat, per me licet, suspendat; nam, quamlibet ipse nolit, faciet is eam relinquere eid, in quo iam de factò erat.

Idipsum cum eodem temperamento docuit sæpè iam citatus Antistes Frater Bartholomæus à Martyribus 2. parte compendij cap. 11. §. 2. pagin. 97. his verbis: Multorum sententia fuit hanc vniõnem quamuis esset, à quibuscumque imaginibus posse impediri, licet essent imagines ipsa vtilis, que animam ipsam disposuerant, vt imagines mysteriorum humanitatis Christi, & etiam diuinorum attributorum: hoc tamen caute intelligendum est, ne erroris existat occasio, si enim intelligamus has imagines, dum se offerunt intellectui animam iam in mediocritate quiescentis, ac fluentis vniõne diuina pura, non esse tenaciter recipiendas, nec morose eo temporis articulo illis vacandam, aut rebus quas illa representant, sed reuera claudendos esse ad eas mentis oculos regulariter loquendo, verum hoc fatemur necesse est: diuertere enim ad eas morose impedit progressum immediatè vniõnis cum Deo. Si autem intelligamus has imagines quotiescumque occurrunt purè contemplanti, atque amanti Deum, impedire, hebetereque vigorem, ac perfectionem vniõnis, credo falsum esse: experientia enim constat hoc sæpè euenire, cum homo in solum Deum toto mentis actu fertur; sit enim, vt eo tempore raptim occurrat intellectus hac imago, videlicet hic Deus pro mi homo factus est, ac crucifixus, ha namque imagines non solum non impediunt, verum etiam promouere, & augere solent vniõnem amoris, atque admirationis suspensiva, imò nec imago peccatorum raptim transiens offendet, videlicet, hic Deus tot crimina pro sua benignitate condonauit, nam hac imago non perturbare, sed quietem mentis occasionaliter adaugere solet, dum modo homo tunc non descendat ad specialem ipsorum considerationem, sed mox resiliat in fontem aque viue, &c. Quibus in verbis Apostolicus hic vir rem hanc optimè explicat, ita vt nihil addendum super sit, cum prædicto namque temperamento omnia euitantur inconuenientia, sicut etiam ex doctrina Mystici nostri Doctoris, quæ cum hac, & cum ea, quam ex HERESIA nostra retulimus, omninò coincidit, vt ex eius adducto testimonio manifestè constat. Id ipsum docuit D. Bonaventura de Theologia Mystica part. 3. Talerus cap. 25. institutionum, Molina Carthusianus tractatu 2. de oratione capite 6. §. 4. alijque Doctores.

B.
Joannis
à Cruce

Opera
mystica
NVI
129

32.

Ex dictis deducitur, doctrinam hanc longissimè abesse ab octavo illo errore Be-
guardorum, & Beguinarum, quem damnat Concilium Viennense, & Clemens V.
in Clementina ad nostrum de hæreticis, ubi prædictum errorem talem fuisse dicitur,
quod scilicet in elevatione corporis Iesu Christi non debent alii gere, neque
eidem reuerentiam exhibere, asserentes, quod esset imperfectæ & onis eidem, si à pa-
ritate, & altitudine suæ contemplationis tantum descendere, quod circa mini-
sterium, seu Sacramentum Eucharistiæ, aut circa passionem humanitatis Christi
aliqua cogitent.

Hunc ergo errorem à doctrina tradita longissimè abesse satis constat: prædicti
namque hæretici exteriorem cultum, & reuerentiam sanctissimo Eucharistiæ Sacra-
mento debitam, necnon & omnem memoriam humanitatis Christi Domini, ad huc
qui ad contemplationis statum peruenissent, volebant habitualiter excludere, hoc
autem nullatenus prædicti Doctores Mystici, & cum eis Venerabilis noster IOAN-
NES supra, nu. 28. adducto, tum etiam ex multis alijs, quæ in eius operibus frequen-
ter inueniuntur, cuiusmodi est illud, quod habetur in lib. .1. Alcenius Montis Car-
meli cap. 32. ubi loquens de ipso tempore contemplationis, sic inquit: Tunc enim tem-
poris semper conandum & laborandum est, ut in quiete intellectus permaneat, nullas alias formas,
figuras notitiasque particulares intermiscendo, nisi fortè hoc cursim admodum fiat, & cum valde
exiguò studio; nam hoc faciendum est cum quadam amoris suavitate ad se amplius inflamma-
ndum. Cæterum extra hoc tempus in omnibus suis exercitijs & operibus uti debet memoriam, &
bonarum meditationū adminicula, idque eo modo & modo, quo maiorem deuotionem & ritua-
tem senserit: singularissimè vero uti debet memoria & meditatione vitæ, passionis & mortis Domini
nostri Iesu Christi, ut actiones suas, exercitia & vitam illi valeat conformare, &c. Et cap. 7. eiu-
dem libri loquens de exercitio imitationis Christi, sic inquit: Quod si in hoc exercitio
fuerit defectus & negligentia (quod est summa omnium radiceque virtutum) omnes isti alij modj
nihil aliud sunt, quam radice prætermissa ramusculos consecrari, ac proinde in hac via non pro-
ficere, licet huiusmodi sublimes habeant considerationes & communicationes. Verus enim in via
spirituali progressus, non reperitur, nisi in Christi imitatione, qui est via, veritas & vita, & non
venit ad Patrem, nisi per ipsum, Ego sum via, veritas, & vita, nemo venit ad Patrem nisi per
me. Et in alio loco dicitur, Ego sum ostium: per me si quis inierit, saluabitur. Quod
omnem spiritum, qui ad Deum ire cupit per dulcedines, commoditatesque & Christum imita-
ri recusat, minimè bonum iudicarem.

33.

Quæ testimonia valdè notanda, & perpendenda sunt, quia ex eis euidenter appa-
ret quantum aduerferet doctrina Mystici nostri Doctores erroribus prædictorum
hæreticorum, cæterorumque, qui Illuminati dicuntur. Solum ergo IOANNES noster
alijque Doctores Catholici asserunt, in illo tēpore perfectæ contemplationis, quando
scilicet Deus mentem ad solius diuinitatis cognitionem eleuat, formas rerum co-
preatū relinquendas esse, internas verò imagines humanitatis Christi, siue sine eorum
cooperatione, & ministerio phantasmatum, siue purè intellectuales (ut reuera esse
possunt) solum cum temperamento iam explicato admitti debere. Et hæc de
prima parte huius propositionis.

(.)

S. V. 2.

s. V.

Secunda propositionis pars declaratur, & elucidatur.

34
QUOD verò attinet ad secundam eiusdem propositionis partem, in qua Myrtil-
 cus noster Doctor asserit eum, qui ad sublimem hanc contemplationem iam
 perueniturus est, debere intellectum ab actibus discursiuis denudare, & in simplici
 quodam veritatis æternæ intuitu permanere, duplicem etiam sensum, & virumque
 verum potest habere.

Primus est, quod loquendo de contemplatione supernaturali, quæ fit secundum
 humanum modum, debet dari denudatio ab actibus discursiuis ad hunc sensum,
 quod scilicet, & si iam præcesserint tales actus, tum tamen iam non remaneant, sed
 sola simplex, & vniformis veritatis æternæ intuitio; quam doctrinam expressè do-
 cet D. Thom. ex D. Dionys. 2. 2. quæst. 180. art. 6. ad 2. his verbis: *Oportet, quod in anima,*
antequã ad istam vniformitatem perueniatur, remoueatur secunda difformitas, qua est per discursum
rationis. & hoc idem contingit, secundum quod omnes operationes anima reducuntur ad simplicem
contemplationem intelligibilis veritatis. & hoc est, quod secundo dicit, quod necessaria est vniformis
conuolutio intellectu alium virtutum ipsius vt scilicet cessante discursu, figatur eius intuitus in con-
templatione vnus simplicis veritatis, &c. Quam etiam doctrinam expressè tenet in 3. dist.
 35. q. 1. artic. 2. quæstiuicula 2. in corpore, vbi contemplationem ab inquisitione ra-
 tionis, seu discursu, tanquam terminum illius distinguit, & deinde in solutione ad
 primum asserit, hominem, quoad hunc actum contemplationis modum cognos-
 cendi Angelorum per simplicem intuitum attingere, sic enim habet, *ad primum di-*
cendum, quod homo in quantum est contemplatiuus est aliquid supra hominem, quia in intellectu
simplici visione, continuatur homo superioribus substantijs, qua intelligentia, vel Angeli dicuntur,
 &c. Similiaque docet in 2. dist. 10. q. 1. artic. 4. ad 2. & 2. 2. quæst. 9. art. 1. ad 1. & super
 cap. 7. & 11. de diuinis nominibus.

35
 Consonat D. Augustinus lib. de quantitate animæ cap. 33. vbi contemplationem
 vocat *Mansionem quandam serenitatis. & æternitatis afflatum.* Quod etiam docuit D. Ber-
 nardus lib. de scala claustrali, contemplationem sic diffiniens: *Contemplatio, est mentis*
in Deum suspensa eleuatio. Et libro 2. de consideratione ad Eugenium: *Est (inquit) vnus*
certus intuitus animæ, de quacumque re, siue apprehenso veri non dubia. Quem contemplatio-
 nis actum D. Dionysius capite 4. de diuinis nominibus appellauit motum circula-
 rem, iuxta expositionem D. Thom. dicta quaest. 180. artic. 6. eundemque actum
 comparat Ricardus de Sancto Victore citatus à Suarez tom. 2. de Relig. lib. 2. de
 oratione cap. 10. quieti quam nonnullæ aues interdum in alta regione æris reti-
 neant, vbi postquam ascenderunt, quasi suspensæ immobiliter in vno loco manent; ac
 randem doctrinam hanc docent communiter omnes Theologi, vt videre est in Sua-
 rez libro 2. iam citato capite 9. & 10. & idè sumpta hac parte propositionis in hoc
 sensu, adeò vera est, vt nullatenus possit ab aliquo viro mediocriter docto de ea du-
 bitari.

36
 Secundus verò eiusdem secundæ partis huius propositionis sensus est, quod in
 contemplatione illa supernaturali, quæ fit supra humanum modum, quæque ad
 donum intellectus valde eleuatè operantem pertinet, iuxta ea, quæ diximus supra
 numero

13.
Joannis
à Cruce

Opera
mystica

NVI

129

numero 3, non datur discursus aliquis, sed sola simplex, & nuda veritatis æternæ intuitio, & idèò debere eum, qui hunc contemplationis sublimem gradum impedit non vult, sed se ad illud debito modo disponere, debere, inquam, actus ratiocinatorios, seu discursiuos relinquere, vt sic simplicem hanc veritatis æternæ intuitionem à Deo infusam sine impedimento recipere possit.

37. Quam doctrinam verissimam esse in dubium verti non potest: si enim contemplatio illa supernaturalis, quæ secundum humanum modum fit, cum sit longè hæc inferior, discursus imperfectionem secum conuoluntanter non admittit, quanto magis supernaturalis hæc contemplatio, quæ supra humanum modum est, atque adeò longè eleuatur imperfectionem hanc omnino excludet, ita scilicet, vt nullo modo ex vi sua discursiuos actus siue antecedenter, siue concomitanter exigat, sed modum operandi supra humanum modum, atque adeò non per discursum, sed ad modum Angelorum per modum simplicis intuitionis importer.

38. Vnde doctrinam hanc expressè docet D. Thom. in 3. dist. 34. quæst. 1. art. 2. in corpore his verbis: *Quod autem spiritualia quasi nuda veritate capiuntur, supra humanum modum est, & hoc facit donum intellectus, qui de auditis per fidem mentem illustrat, vt dicit Gregorius, vbi particula illa quasi nuda veritate, ad propositum perpendenda est, sed clarius id ipsum expressit Sanctus Doctor in eodem 3. distinct. 35. quæst. 2. art. 2. quæstionculâ 1. in corpore, vbi sic loquitur: Si aliqua sunt, quæ statim sine discursu rationis apprehenduntur, horum non dicitur esse ratio, sed intellectus, sicut principia prima, quæ quisque statim probat audita, sicut autem mens humana in essentiâ rei non ingreditur nisi per accidentia, ita etiâ in spiritualia non ingreditur nisi per corporalia, & sensibilibus similitudines, vt Dionysius dicit. Vnde fides, quæ spiritualia in speculo, & anigmate quasi inuoluta tenere facit, humano modo mentem perficit, & idèò virtus est, sed si supernaturali lumine mens in tantum eleuetur, vt ad ipsa spiritualia aspicienda introducatur, hoc supra humanum modum est, & hoc facit intellectus donum, quod de auditis mentem illustrat, vt ad modum primorum principiorum statim audita probentur, & idèò intellectus donum est. Quibus verbis nihil ad propositum nostrum expressius, & efficacius dici potuit, quod etiâ à fortiori conuincitur, ex his, quæ numero præcedenti circa contemplationem, quæ secundum humanum modum fit, diximus.*

39. Vnde in quouis sensu intelligatur prædicta propositio Mystici N. Doctoris, nempe siue intelligatur de contemplatione supernaturali, quæ fit secundum humanum modum, siue de alia eleuatione, quæ humanum modum excedit, verissimam, & indubitaram doctrinam de denudatione actuum discursus, siue ratiocinationis continet, vt mirum sit potuisse aliquem Theologum hoc in dubium reuocare. Et quauis ex testimonijs adductis satis superque id ipsum probatum maneat, aliqua tamen alia subiungemus, in quibus eadem doctrina, & loquendi modus expressè continetur.

§. VI.

Pluribus Sanctæ Matris nostræ THERESIÆ, & aliorum Doctorum testimonijs eadem doctrina comprobatur.

Hanc

Hanc ergo doctrinam, sapissimè docet S. Mater nostra THERESIA, præcipuè
 verò cap. 10. suæ vitæ, ubi de hac contemplatione sic loquitur: *Voluntas quippe
 amat, memoria propè amissa esse videtur, intellectus (quantum mihi videtur) non discurrit, non ta-
 men amittitur: sed ut dico non operatur, at est velut consternatus præ multitudine eorum que in-
 telligit: vult enim Deus eum nosse se nihil eorum, que Maiestas ipsius ei representat, intelligere, circa
 quem locum marginalem quandam notam sapientissimus Magister Luitius Legio-
 nensis apponit his verbis: Dicit intellectum non operari, quia ut dixit, non discurrit ab vna re
 ad aliam, nec aliquas considerationes elicit; quod boni ei obiecti magnitudo, tunc cum totum occupet:
 respicit tamen & realiter operatur quod oculos in id, quod ei representatur coniiciat, & cognoscat
 se id, quomodo sit intelligere non posse. Cum ergo ait intellectum non operari, significare vult,
 eum non discurrere, sed velut consternatum manere, præ multitudine eorū que intelligit, id est, præ
 magnitudine obiecti quod videt: non quod multa de eo intelligat, sed tantum quia id tam magnum
 in se esse videt, ut penitus id intelligere non possit.*

Idem expressè docet eadem Sancta THERESIA Mansionem 4. cap. 3. ubi sic loqui-
 tur: *Quod autem conuenientius ac potius facere posse ac debere putem animam illam, quam in
 hanc mansionem Dominus introducere est dignatus, est hoc quod dixi, adhuc: ut sine vlla violentia
 ac strepitu discursum intellectus constringere, ac velut colligare procurat, non tamen eum suspendere,
 vti nec cogitationem: quanquam bonum est, meminerit se in Dei presentia & conspectu agere,
 & quis sit iste Deus, si vero illud ipsam quod in se sentit, ipsam absorbeat & inebriet, per me licet;
 sed intelligere ei nolit quid sit, quia id voluntati datum est finat ergo eam frui eo quod habet, sine eo
 quod ad hoc vllam adhibuerit industriam, sed tantum verba aliquo amorosa proferat &c. Et in
 libro vitæ perfectionis cap. 27. sic loquitur: in contemplatione perfecta, magnitudo quoque
 illius loquitur, ei intellectum eius eleuando, cogitationem velut colligando & verbum ei de ore (ut
 vulgo dicitur) rapiendo ita ut tamen si hic velit loqui plane non valeat nisi summa cum difficultate,
 sentit itaque se à diuino hoc Magistro, sine vlllo verborum strepitu tum edoceri, potentias animæ ele-
 uando, tunc quippe si operarentur, plus obissent quam prodissent, &c. Et statim subiungit: Hac
 perfecta contemplatio est, carissimam vero intelligetis, et qua sit inter eam & mentalem ora-
 tionem differentia: hac namque in eo sita est, (sicut iam supra dixi) ut cogitemus & intelligamus
 quid & quocum loquamur, & quoniam ipsi simus, qui cum tam magno & potenti Domino loqui
 audeamus. Hoc & alia id genus cogitare oratio mentalis est; orationem vero Dominicam, & Salu-
 tationem Anglicam, aut aliud quodcumque legere oratio vocalis est. In duabus huius rebus aliquid
 quidem cum Dei gratia, ipsa per nos possumus: sed in contemplatione, de qua modo loquebar, nihil
 omnino. Maiestas illius est, qua omnia peragit, & illius hoc est opus, naturam nostram longe tran-
 scendens, &c.*

Vnde capite 15. suæ vitæ reprobat pro tempore huius contemplationis actus dis-
 cursiuos sic asserens: *Sciat, nihil tunc apud Deum per violentiam & magnam corporis conten-
 tionem obtineri: hac quippe sunt velut vasta quadam signa temere congesta ad scintillam hanc ex-
 stinguendam. Ipsa igitur hoc intelligat & cum humilitate dicat: Domine quid ego hic facere possum?
 & de intellectu non magno opere labores, quod ut vexator sit & importunus, &c. & cap. 12. suæ
 vitæ sic de hac contemplatione loquitur: In Theologia Mystica, de qua ante loqui coeperam,
 suam intellectus operationem amittit, quia Deus ipsum suspendit, vti postea latius ostendam. Præ-
 sumere porro, aut cogitare, posse nos per nos intellectum nostrum suspendere, plane nos, ut dico, non
 oportet; vti nec operationem eius omittere, hoc quippe si fecerimus, instar statuarum insensibiles,
 stupi-*

13.
Iohannis
à Cruce

Opera
mystica
NVI
124

Stupidi, & frigidi manebimus, & nec vnum, nec alterum faciemus. At cum Deus Opt. Max. intellectum suspendit & sistit, ei admirandi, & in qua se interim occupet materiam dat; & efficit ut, etiam sine mentis discursu brevissimo tempore, plus intelligat, quam nos omni nostra terrena diligentia & studio adhibito, plurimum annis possumus comprehendere, &c.

43.

Circa quem locum citatus Magister Luiscus Legionensis in Marginali nota, sic inquit: Verum Deū suspendere cogitationē vel intellectum, de quo loquitur Sancta Mater, quodque mysticam Theologiam vocat, nihil est aliud quam simul illi representare plures res supernaturales, & diuinas, magnamque luminis copiam ei infundere, vt simplici quodam intuitu & sine ulla discursu, sine consideratione & labore eas videat: idque tanta vehementia, vt alij rei cupiam attendere aut inde diuertere se nequeat. Nec in solo visu & admiratione res hac terminatur, sed luminem quoddam ad voluntatem deriuatur, & ignis quidam in ea nascitur, qui eam amore succendit: alij, vt qui hoc patitur, eo quo patitur tempore, intellectum habeat fixum in eo, quod videt, & hoc ipse obstupentem voluntatem amore eiusdem aestuantem, & memoriam penitus otiosam: Anima namque presenti fruitione occupata, aliam memoriam nō admittit. Hanc ergo eleuationem, vel suspensionem, ait esse supernaturalem, scilicet animam nostram in ea magis proprie pati, quam egredieturque neminem presumere debere, vt animam eo modo suffollat, antequam à Deo suffollatur: primo, quod id nostram omnem industriam excedat, vnde incassum erit. Secūdo quia id ex humilitatis defectu fiet. Plura alia testimonia celestis nostræ Magistræ euitare possemus, in quibus eandem tradit doctrinam, quæ tamen prolixitatis causa ducere potsemus, & quia ea, quæ retulimus satis superque intentum nostrum probant, omittimus.

44.

Id ipsum optima comparatione explicuit sæpe citatus Antistes Frater Bartholomæus à Martyribus 2. parte compendij cap. 13. §. 3. his verbis: Cū ergo ardenter amantes, Deum intimè sentiant, vt dictum est, merito Deum videre dicendi sunt, similes namque sunt paruulo matrem amplexanti, vbera sugenti, qui plerumque nil videt, aut audit, aut saltem se videre, & audire non iudicat, experimentaliter solum delectatione, & letitia occupatus: par est affectu alij cognitio Theologorum Mysticorum delitijs affluentium super dilectum suum, &c. cap. 12. circa finem, sic inquit: Oratio est eleuatio mentis in Deum, ergo perfecta oratio perfecta est eleuatio, hac autem non fit nisi amoris, ac desiderij vehementia, licet orans non intelligat se vni quid postulare. Vnde Beatus Antonius dicebat eum, qui perfecte orat non intelligere se aliquid petere, non enim orans supra se reflectitur, non componit, aut diuidit, sed puro simplici que amoris actu soporatur cum Propheta dices, in pace in id ipsum dormiam, & requiescam. Et hac est plena pars summa huius vite felicitatis, qua omnem sensum exuperat, &c. Et cap. 12. eiusdem compendij discursiuos actus à contemplatione excludit, eam ex hoc à meditatione distinguens, his verbis: Meditatio, cum sit certa veritatis inquisitiua, laborat cum fructu, contemplatio circumuolat sine labore, cum fructu tamē maximo: non enim moratur in inquisitione, sed in admiratione, meditatio si debite fit, transit in cōtemplationem, facta namque secula veritatis inquisitione, denudat in super vehementi studio rerū quidditatibus ab omnibus accidentibus, & circumstantijs generatur ex ea assiduitate quidam habitus, purificatur lumen intelligentiæ, tantoque fit acutius diuinis spectaculis inspicendis, quāto à sensibilibus est liberius: contemplan enim, vt dicit Augustinus de Trinitate, similis sit homini in excelsi montis cacumine residenti, quo nec nebes, nec venti attingunt, ideo ibi liberius oculos potest circumagere, & ad serenum solis iubar extenderet, ob celi puritatem, & tranquillitatem Religionis, ita quādiu menti licitum est in arce intelligentiæ sue

de lapsu ad inferiora morari, libero intuitu poterit diuinas perfectiones contemplari. &c. Et paucis interpositis subiungit: Contemplatores ergo viri habitant in regione aeternitatis, & perspicuitatis, positi namque sunt extra omnem fluctuationem, & desideriorum confusio- nem infinitam, & in auram quandam libertatis serenam euolantes assurgunt, quorum vita non minus differat à reliquorum hominum vita, quam ipsi homines à pecoribus, &c.

Eandem doctrinam tradit noster Hieronymus à Matre Dei, alias Gratianus, in annotationibus ad cap. 6. libri S. Matris nostræ THERESIÆ, qui inscribitur Conceptus amoris diuini, super Cantica, in illo ergo loco, sic inquit prædicitus auctor. Quamuis videatur animam non operari, dum in ista diuina inebriatione constituta est, nunquam sanè in rebus maioris momenti occupatur quam eo tempore. Tamen enim sensus exteriores, imaginatio, & appetitus sint velus somno oppressi, & otiosi; at intellectus & voluntas sunt in eminenti operatione detenti. Intellectus siquidem occupatur in intelligendo Deum, & attente auscultat quid ibidem ei Deus loquatur, & diuinum lumen recipit, ac intelligit ordinem charitatis, quem ei eo puncto temporis ostendit. Verum quidem est, non operatur cum discursu, nec meditatione, inquirendo seu deducendo vnam rationem ex altera, sed persistit cum attentione intelligendo. Et hæc est ratio cur nonnunquam B. Mater Theresia, & alia persona spirituales asserant, intellectum velut colligari, nec eum tunc temporis operari: dicere volunt, non discurrere, nec meditari nec operari vti alia operari consuevit, non secus ac quando quis ingrediens cubiculum alicuius Pictoris, in quo sunt diuersa, ac præstantes pictura, de vna vadit ad aliam, suum profert sensum de vnaquaque illarum; at vbi in excellentem aliquam incidit imaginem, hæret animo si spensus contemplando eandem, nec vltra os aperire valet ad eam extollendâ licet eam aspiciendo demiretur: voluntas amat quidem at in solo Dei amore hærens, &c. Et statim subiungit: Aptius sane exemplum pro hac re non inuenitur quam infantuli obdormientis, cui Mater imponit vber in os: vere animi iugit, trahit & deglutit lac, tamen si ex eo quod dormiat, nescit quoniam il modo fiat, &c.

Denique cæteri omnes Sancti Patres, & Doctores, quorum testimonia supra adduximus asserentium debere reperiri in hac sublimi contemplatione corporearum imaginum denudationem, eisdem in locis asserunt, debere etiam reperiri denudationem ratiocinationis, seu actuum discurrendi, & in sola, & quieta veritatis æternæ intuitione, & contemplatione debere mentem permanere, vnde ab alijs testimonijs pro hac referendis prolixitatis euitandæ gratia abstinerebimus.

§. VII.

Tacita quadam obiectio præcluditur.

NEQUE ex hoc quod ab huiusmodi contemplatione actus discursiui excludantur, excluditur memoria, & attenta consideratio humanitatis Christi aliorumque mysteriorum eius, vt passionis, mortis &c. Hæc namque memoria sine discursu potest in sublimi contemplatione optimè haberi, vt expressè docet Sancta Mater nostra THERESIA cap. 7. Mansionis sextæ, vbi sic loquitur. Iam nouistis, aliud est per intellectum discurrere, aliud vero, memoriam intellectui quid representare. Meditationem esse censeo, per intellectum circa rem aliquam discurrere hoc modo. Incepimus cogitare gratiam, quam Deus OPT. MAX. nobis tum fecit, cum Filium suum vnigenitum nobis dedit, neque in hac sistimus, sed vltius pertransimus. Et est hoc mirabile & valde meritorium

B.
Joannis
à Cruce

Opera
mystica

NVI

124

orationis genus. Et est hac oratio quam dico merito illas dicturas se tenere non posse, quas ad res supernaturales Dominus euexerit & ad perfectam contemplationem, ac sine causa dicit se in hisse mysterijs aisu manere, eaque sapius ob oculos & in memoria habere non posse, ac praesertim cum Ecclesia Catholica eadem recolat. Neque vllatenus fieri potest, vt anima, quae tam multa à Deo accepit tam praecleara amoris indicia memoria sua excidere patiatur: sunt quippe velut vna quaedam sensilla ad amorem, quo Dominum suum prosequitur, magis in ipsa accendendum: nisi quod seipsum non intelligat. Hec namque mysteria modo quodam perfectiore intelligit, cum intellectus eadem ipse vultu praesentet, itaque hac eius memoria insculpta maneat, vt vel vnica Domini in horto prostrati, & sanguineum sudorem exsudantis aspectus & consideratio, nimis quam satis sit ad illam, non ad vnam solum horam, sed ad multos quoque dies, absorptam detinendam. Illico voluntas huc accurrat, licet non cum illa sensibili teneritudine, vt pro tam singulari benignitate ei, vel in aliquo seruire, & pro eo vicissim per nossum quid pati desideret, qui tam multa, tamque atrocitas pro vna pertulit, & alia eiusmodi, in quibus & memoria, & intellectus occupatur. Et hoc in causa esse credo cur vltimius insuper passione discurrendo progredi nequeat, hoc quoque eam credere facit, quod de illa cogitare & meditari prorsus nequeat. Et si quidem de ea non cogitet, certe bonum est cogitare pro occurrente namque, id per quantumcumque, sublimem orationis modum, inuicem impediendum, nec possum dicere, bene eni agere, quod frequenter in ea recolenda sese non exerceat. Si forte Dominus eam exciderit, suspendat, per me licet suspendat, nam quamlibet ipsa noluit, faciet in eam relinquere id in quo de subleuatur. Et huc procedendi modum, nullatenus aliquid impedimentum, verum in signo ad omnia bona generat adiuuentum esse, mihi certissime persuadeo. Quod sane non esset, si se in disturrendo, (vix inuicem dicitur) multum fatigaret, at quisquam iam ad maiora peruenit, penitus id faceret, vt quidem pato non poterit, &c. Quibus in verbis expressè docet, quoniam pacto sine actibus discursibus, memoria, & consideratio Mysteriorum humanitatis Christi Domini in contemplatione perfecta reperiri possit. Vnde ex eo, quod Mysticus noster Doctor de meditationem discursuum pro tempore huius contemplationis suadeat, nequaquam hanc memoriam reiiciendam esse docet, vt potè cum hac sublimi contemplatione compatibilem, sed circa hoc regula supra num. 28, 29, & 30, ex ipsomet, & ex alijs Doctoribus Mysticis relata, seruanda est.

S. VIII.

*Animaduersio notata digna pro debita tradita doctrina
intelligentia.*

48. **I**LLUD solum obseruare in praesenti oportet, doctrinam hanc de denudatione actuum discurrendi, ac meditandi, sicuti & illam, quae de denudatione imaginum agit, debere intelligi solum pro tempore huius contemplationis, nam pro alijs temporibus semper debet quis quantumuis perfectus sit in bonis, & sanctis cogitationibus, ac meditationibus actibusque virtutum, praecipue verò in Christi Domini meditatione exerceri, vt expressè docet Mysticus noster Doctor in testimonijs supra num. 32. adductis, & in alijs multis, quae adducere possemus.
49. Vnde fit, vt praedicta denudatio pro paruo tempore reperiri debeat, eo quod praedicta sublimis contemplatio non multum, sed parum possit connaturaliter, & de lege.

lege ordinaria durare, vt doctri Cassianus collat. 1. quæ est Abbatis Moysis cap. 13. ibi: *Inherere Deo quidem iugiter, & contemplationi eius, quemadmodum dicitis, inseparabiliter copulari, impossibile est homini istius carnis fragilitate circundato, &c.* Et collatione 23. quæ est Abbatis Theone cap. 5. sic inquit: *Quis enim vnquam, quamvis precipuus omnium uisitorum, atq; Sanctorum huius corporis vinculis colligatus, summum hoc bonum, ita possidere potuisse credendus est, vt nunquam à diuina contemplatione discedens, nec paruo quidem tempore ab eo, qui solus bonus est, terrenis cogitationibus putetur abstractus, qui nunquam vllam cibi, vllam indumentis aliarumue carnalium rerum gesserit curam, numquam de fratrum susceptione, de loci commutatione, de cellula structione sollicitus, aut operam aliquam humani concupierit aduementi, aut in pietate sterilitate vexatus illam sententiam Dominica increpationis incurrerit: ne solliciti sitis anime vestra, quid manducetis, nec corpori vestro quid induamini. Deniq; ipsum illum Apostolum Paulum, qui omnium Sanctorum laborem, passionum numerositate transcendit, nequaquam hoc impleri potuisse confidenter adstruimus, ipso in Actibus Apostolorum discipulis arcescente: ipsi scitis, quoniam ad ea, quæ mihi opus erant, & his qui mecum sunt, ministrauerunt manus ista, vel cum Thessalonicensibus scribens in labore, & fatigatione, nocte, & die operatum se fuisse testatur, quibus laboribus licet magna eidem meritorum stipendia pararentur, tamen mens eius quamuis sancta, atque sublimis, non poterat non ad illa celestis Theoria intentissime terreni operis alquando diuelli, &c.*

Quod etiam docuit Diuus Gregorius lib. 5. mor. cap. 27. dicens: *Nec enim in suauitate contemplationis intemè diu mens figitur, quia ad semetipsum immensitate lucis reuerberata reuocatur. Cumque internam dulcedinem degustat amore astuat, ire super semetipsum nititur, sed ad infirmitatem suam tenebras si acta relabitur, & magna virtute proficiens, videt quia videre non potest hoc, quod ardentè diligit, nec tam ardentè diligeret, nisi aliquatenus videret, non ergo stat, sed transi spiritus, quia supernam lucem nostra nobis contemplatio, & inhiantibus aperit, & mox infirmantibus abscondit. Qua de causa Diuus Augustinus lib. 7. conf. lllion. cap. 17. sic cum Deo loquens inquit: *Rapiebar à te decore tuo, moxque diripiebar abs te pondere meo, & ruebam in ista cum gemitu, & pondus hoc consuetudo carnalis, &c.* Idemque lib. 10. confessio. c. 40. reperit, de qua etiã sublimi contemplatione loquens D. Bernard. libro de amore Dei. c. 4. inquit: *Hic est finis, hæc est consummatio, hæc est perfectio, hæc est pax, hoc est gaudiũ diuinum, hoc est gaudiũ in Spiritu Sancto, hoc est silentium in celo, quamdiu quippe sumus in hac vita, hoc felicissimæ pacis silentio in celo, id est, in animatiusti, quæ sedes est sapientia, aliquando fruatur affectu, sed hora est dimidia, vel quasi dimidia, intentio vero de reliquis cogitationibus diem festum ages tibi perpetuum, &c.* Egregie etiam Ricardus de præparatione ad contemplationem cap. 76. explicans illud Psalm. *Quis ascendet in montem Domini, aut quis stabit in loco sancto eius?* ita ait: *Rarum valde in hunc montem ascendere, sed multo rarius in eius vertice stare, & ibi moram facere, rarissimum autem ibi habitare, & in monte requiescere.* Consonat Sancta Mater Nostra THERESIA cap. 18. suæ vitæ, vbi sic inquit: *Notandum autem est, quantumlibet diu anima in hac omnium potentiarum suspensione agat, illud tamen tempus, meo iudicio, nimis quam breue esse, & si hæc suspensio ad semihoram duret, multum id esse; imo vt mihi videtur, non tam diu quidem vnquam illa mihi durauit, &c.* Sed circa hoc videri potest noster Thomas à Iesu lib. 1. de contemplatione cap. 10. vbi de eo ex professo agit.*

Cæterum quomodo hæc breuis mora contemplationis intelligenda sit, optime explicuit D. Thom. 2. 2. quæst. 181. art. 8; vbi postquam in corpore articuli docuerat,

50.

51.

B.
Ioannis
à Cruce

Opera
mystica
NVI
124

vitam contemplatiuam non solum secundum suam naturam, sed etiam quoad nos diurnam esse. eò quod competit nobis secundum actionem incorruptibilis per se animæ, scilicet secundum intellectum, & etiam quia in operibus contemplatiuis corporaliter non laboramus, postea in solutione ad secundum argumentum, in quo authoritates Augustini, & Gregorij supra à nobis adductas breuitatem contemplationis statuentes sibi obiecerat, sic respondet: *Ad secundum dicendum, quod nulla anima potest diu durare in sui summo, summum autem contemplationis est, ut attingat ad uniformitatem diuina contemplationis, ut dicit Dionysius, sicut supra positum est, vnde & si quantum ad hoc contemplatio diu durare non possit, tamen quantum ad alios contemplationis actus potest diu durare.* In quo testimonio optimè quomodo hæc diurnitas vitæ contemplatiue secundum alios minùs perfectos actus simul cum breuitate ipsius contemplationis, secundum eius perfectissimum, & uniformem actum, coherere possit explicat, de quo etiam agit noster Ioannes à Iesu Maria in schola orationis tractatu, 8. dub. 27. Suarez lib. 2. de Relig. cap. 10. & alij.

52. Ex hac ergo doctrina demonstratum manet, denudationem illam, tam à formis imaginarijs, quam ab actibus discursiuis, de qua Mysticus noster Doctor agit eò stans, non esse intelligendam pro omni tempore, imò nec pro longo tempore etiam in his, qui ad sublimis contemplationis statum deueniunt, sed solum pro illo breui tempore, pro quo talis contemplatio vniformis, & perfecta durat; in alijs verò temporibus debet e vnumquemque quantumuis perfectum formis imaginarijs rerum velli, necnon & actibus discursiuis circa illas vti, ut satis ex ipsiusmet IOANNIS nostri testimonij supra n. 32. ostendimus, & infra etiã c. 4. sequenti n. 8. & 9. ostendimus, & id eò quoad hanc etiã partem huius propositionis doctrina omnino vera, & Sanctorum Patrum, & illustrium Doctorum testimonio conformis est, & ita nullus Illuminatorum error ei adscribi potest, nisi etiam cõmuni Sanctorum Patrum doctrinæ adscribatur, quin potius prædictis erroribus manifestè, & expresse Mysticus noster Doctor testimonij eius iam citatis contradicit. Et hæc de secunda parte huius propositionis.

S. IX.

Tertia propositionis pars elucidatur, & Sanctorum Patrum testimonij corroboratur.

53. Tertia denique pars eiusdem propositionis statuens signum, quod contemplationis studiosus debet in se agnoscere ad hoc, ut prædictam denudationem, de qua huc vsq; locuti sumus, faciat, quòd scilicet in actibus discursiuis, & in operatione imaginationis, in quibus antea se exercebat, nequaquam voluptatem iam sicut antea, sed potius tridium, & fastidium capiat, imò nec iam huiusmodi actus exercere possit sed solum simplicem quandam, & quietam ad Deum attentionem associari diuino associatam appetat, hæc inquam pars verissima, & vtilissima est, ita vt rationabiliter de ea dubitari non posse videatur.

54. Vnde eandem profus doctrinam, & eadem omnino signa ad idem propositum assignat sublimis ille Mysticus Doctor Ioannes Taulerus cap. 35. Inlicitur, his verbis

Ceterum tria sunt ex quibus aduertere potest, quando iam dicta imagines abdicando sint, ne, vel citius, quam oportet, repudientur, vel nimis diu eidem inhaerentur. Primum est quando quidquid auditu percepimus, vel intellectu cum te dicto respicimus. Secundum, quando quidquid audimus, vel intelligimus nulla nos delectatione afficit. Tertium, cum intra nos esuriem desideriamque summi boni illius, quod tamen apprehendere non valeamus, magis, ac magis crescere sentimus, ita ut dicamus: Domine Deus meus, ultra iam procedere nequeo, orare meum est, annuere tuum. Hac tria quisquã in se ipso deprehenderit, non solum poterit, sed & debet eas de quibus praediximus imagines sanctas, & operari rationabiliter abdicare. Sed dicat aliquis, cui ergo spiritus inhaeret, cunctis repudiatis imaginibus? Plane nulli omnino inhaeret, sed totus ab omnibus nudus est. si enim alicui inmitteretur, hoc ipsum imago foret: sponte ergo, amoris elegit suspendium, à quo nec absolui unquam desideras, nisi suus eum conditor absoluat. sicut & Iob sanctus ait, suspendium elegit anima mea, &c.

Eandem doctrinam expresse habet Sancta Mater nostra THERESIA cap. 7. Mansion. 6. ubi sic loquitur: Sunt & quadam anima (imo earum non pauca) mecum de hoc ipso egerunt, quae cum Domino dante semel ad perfectam Contemplationem pertigere, semper in ea manere vellent, quod tamen omnino non potest esse. Per hanc ergo diuinam gratiam ita affecta manent, ut quemadmodum antea seiebant, deinceps nequeant de Passionis, ac vita D. Nostri Iesu Christi mysterijs meditari. Cuius rei quae sit causa non video; hoc tamen ordinario causa est, quod videlicet intellectus exinde minus ad meditationem habilis & idoneus maneat. Cuius inhabilitas hanc esse causam mihi verisimile sit, quod, cum meditationis obiectum & finis alius non sit, quam ut Deus inuestigetur & quaratur, ubi is ergo iam semel inuentus erit, & anima per operationem voluntatis ad eundem denuo querendum iam assuetudinem quandam parauit, vltimus se per intellectum defatigare nolit. &c. Quibus verbis nihil clarius dici potuit ad propositum, idemque reperit saepe toto illo capite, & cap. 25. viae perfectionis, de hac eadem contemplatione perfecta loquens, inquit, quod dum anima est in illa: Tamen si hic velit, loqui plane non valeat, nisi summa cum difficultate: sentit itaque se à diuino hoc Magistro, sine vilo verborum strepitu tum edoceri, potentias anima eleuando; tunc quippe si operarentur, plus obessent quam prodesse &c.

Hanc eandem doctrinam docent plures alij Doctores, cuiusmodi sunt Beatus Thomas de Villanueva in Cant. fol. 124. Magister Luisius Legionensis in marginali nota supra relato numero ad cap. 12. vitae Sanctae matris nostrae THERESIAE, Frater Basilius Legionensis in Defensorio saepe citato, propositione 3. Aluarado tom. 1. artis bene viuendi lib. 2. cap. 41. art. 3. & plures alij.

Tandem circa hanc etiam partem aduertimus, id ipsum intelligendum esse solum pro tempore contemplationis, non autem pro alijs temporibus, ut ex testimonijs Mystici nostri Doctoris supra num. 32. adductis manifestè constat, per quod omnes errores haereticorum, qui Illuminati dicuntur, manifestè exclusi, & damnati manent, nulloque pacto possunt etiam per leuem suspicionem huic doctrinae Venerabilis nostri IOANNIS tales errores adscribi, nisi eodem modo communi Sanctorum

Patrum, & aliorum illustrium Doctorum, quorum testimonia retulimus, doctrinae (quod absit) adscribantur.

B.
Joannis
à Cruce

Opera
mystica

NVI
129

CAPVT IV.

QVARTA, ET PRÆCIPVA PROPO-
silio elucidatur, Sanctorumque Patrum, ac illu-
strum Doctorum testimonijs comprobatur.

1. ACCEDAMVS iam ad quartam, & præcipuam propositionem, quam non in
vno dumtaxat loco, sed in multis docet Mysticus noster Doctor, & ideo eius
verba formalia non referemus, sed solum doctrinam, quam sæpè repetit, quæque in
ipso præcipuè notata est, proponemus. Asserit igitur sæpè Venerabilis noster IO-
ANNES, quod in sublimi contemplatione, *anima non operatur ex se, cum suis poten-
tijs, sed quod in illa Deus intelligentiam, & spiritualem saporem operatur, & quod ipsa passiva se
habet ad hanc intelligentiam à Deo recipiendam*, ita enim habet lib. 2. Ascensus Montis
Carmeli cap. 15. & in eodem lib. cap. 31. & in lib. qui inscribitur, *Flamma Amoris*,
Cant. 3. v. 3. §. 6. & 7. & alibi sæpè, qua etiam de causa huiusmodi contemplationem
appellat, *otium, & rerum obliuionem*, vt videre est lib. 2. citato Ascens. Montis Carmeli
cap. 14. & citato §. 6. & 7. in quo etiam loco asserit tunc *spiritum annihilari*, ac tandem
eandem contemplationem appellat, *somnum, & ignorationem*, vt cernere licet citato
capit. 14. libri secundi Ascensus Montis Carmeli, quibus & similibus locutionibus
alijs etiam in locis vitur.

Circa huius propositionis, & locutionum quæ in ea continentur elucidationem,
vt consuetum ordinem seruemus prius verum, & legitimum earum sensum doctrinæ
Catholicæ, ac Sacræ Theologiæ, in omnibus conformem, ex ipsiusmet Mystici
nostri Doctoris, doctrina & testimonijs euidenter ostendemus, postea vero eandem
propositionem, & locutiones non solum, quoad earum sensum, sed etiam quoad
norem verborum, & quoad loquendi modum communi Sanctorum Patrum illu-
strumque Doctorum calculo comprobabimus.

§. 1.

*Erroneus Illuminatorum sensus à prædictis Mystici nos-
tri Doctoris locutionibus, pluribus, & manifestis eius-
dem testimonijs euidenter excluditur, & Catholicus
eius sensus comprobatur.*

2. IN primis igitur nullatenus in prædictis locutionibus intendit Mysticus noster
Doctor in illa sublimi contemplatione dari cessationem ab omni actu intelle-
ctus, & voluntatis, nec ipsum intellectum & voluntatem taliter passiuè se habere, vt
nihil vitaliter operetur, si enim ipsa met loca, quæ in hac propositione referuntur, &
plura alia inspiciantur, euidenter constabit nunquam ipsum hæc assertisse, sed potius
omnino oppositum expressè docuisse.

Vide

Vnde, vt ex eisdem locis, quæ in oppositum notantur, id manifestè demonstramus, in loco illo citato ex cap. 14. lib. 2. Ascens. Mont. Carm. sic loquitur: *Quamobrem hac oratio breuissima apparet anima, quia perfecta est in intelligentia pura.* Et post pauca subiungit: *Quia Anima in quadam celesti intelligentia unita est, & paucis interpolatis iterum dicit: Vnde licet videatur anima in hac notitia constituta, nihil se prorsus facere, neq; se re aliqua esse occupatam, eo quod sensuum operatione non viatur: credit tamen, nequaquam se tempus otiose transigere; quamuis enim potentiarum anima harmonia cesset, ipsius tamen intelligentia ad eum se modum habet, sicuti exposuimus. Et idcirco sapiens sponsa, tacite sua hac de re obiectioni respondet dicens: Quamuis dormiam ego secundum id quod naturaliter mihi competit, ab operatione desistendo; meum tamen cor vigilat supernaturaliter, ad nouum supernaturalem eleuatam, &c.* Ecce qualiter sapè in hoc loco expressè repetit dari in hac sublimi contemplatione actum intelligendi supernaturalem; deinde in alio loco etiam in oppositum adducto, videlicet in cap. decimo quinto, eiusdem libri secundi, id ipsum expressè declarat, sic inquit: *In istis principis, quando ex allatis indicijs, iam cognouerimus animam minimè quiete illa seu notitia occupatam esse, omnino discursu vti oportebit eam, donec acquirat habitum (de quo iam locuti sumus) aliquo modo perfectum: tunc autem erit habitus iste acquisitus, quando quotiescumq; meditari voluerint, confessim se sentiant in ista pacis notitia constitutos, absq; eo quod meditari possint, neq; voluntatem ad meditandum flectere.* Et post pauca subiungit: *Ita vt pluries sese inuenias anima in ista amorosa vel pacifica assistentia, nihil (vt declaratum est) potentis operando: qua pacifica notitia obtenta non discurret, nec laborat iam potentis anima, tunc enim verius dici poterit, intelligentiam & suauitatem in ea quasi passiuè se habente, fieri seu produci, quam quod ipsamet aliquid operetur, sed solummodo vt attentam cum amore habeat ad Deum animam &c.* Et paulo inferius iterum sic subiungit: *Discat spiritalis cum amorosa ad Deum aduertentia, cum intellectus pace permanere dum meditari nequit, licet illi se otiosum esse videatur; hoc quippe modo sensim, & valde cito anima sua diuina requies & pax, cum admirandis & sublimibus Dei notitijs amoris diuino inuolutis, infundetur, &c.* In quibus testimonijs expressè docet dari in hac sublimi contemplatione notitiam, quæ actum intellectus potentis denotat; quo actu deficiente ad alios discursus recurrentem esse statuit; atque adeo vitiosum illud otium, & quietem absque vilo potentiarum actu, prout ab hæreticis, qui Illuminati dicuntur statuitur, & exercetur, euidenter excludit. Quod etiam apertè declarat, dum asserit in prædicta contemplatione, in qua potentiarum operationes videtur excludere, dari amorosam assistentiam, necnon & attentionem ad Deum cum amore coniunctam, hæc enim omnia a ctus potentiarum, attentio videlicet actum intellectus, amor vero actum voluntatis manifestè constituunt: & ideo nec apparenter prædictum vitiosum otium adhuc ex vi eiusdem testimonij quod in oppositum adducitur, potest Mystico Doctore nostro imputari, cum potius ex eo euidenter excludatur & reprobetur.

Deinde in alio etiam loco in oppositum adducto, scilicet capite trigésimo primo libri secundi Ascensus Montis Carmeli, id ipsum euidenter etiam docet, sic enim habet: *Quantum ad hæc verba attinet, nihil est quod agat anima, aut ex seipsa tunc velit, nec conetur, sed humilem se duntaxat, & resignatam illi exhibeat, liberum suum assensum Deo præbendo &c.* Ecce qualiter expressè statuit actum liberi consensu ab ipsa anima elicitem, atque adeo falsum illud Illuminatorum otium manifestè excludit.

B.
Joannis
à Cruce

Opera
Mystica
NVI
124

Præterea in alio loco in oppositum etiam adducto, nempe libri inscripti, *Flamma amoris viua*, Cantic. tertio, §. sexto, & septimo, hanc eandem doctrinam expresse statuit, sic inquit de statu sublimis, & quietæ, atque otiosæ contemplationis, in quo anima à Deo constitui solet. Tunc autem debet etiam anima solius amorosa ad eum aduertentia seu attentioni intenta esse, nullos alios distinctos exprimendo producendoque actus, præter eos, ad quos se sentit ab eo stimulari & inclinari, veluti passivè se duntaxat reverendo, nullamque ex se adhibendo industriam; sed cum amorosa, simplici, sinceraque manendo aduertentia, illius instigatum aduertentia & attentione amoris aperit oculos. Nam cum Deus tunc tractet cum anima quantum ad dandis modum spectat per notitiam sinceram & amorosam; debet etiam anima agere cum eo, quantum ad receptionis modum attinet, per notitiam sinceram & amorosam; ut hoc pacto notitia cum notitia, & amor cum amore connectatur &c.

Ecce qualiter in illo otio notitiam ab intellectu contemplantis elicitam, necnon, & attentionem, seu aduertentiam, quæ in actu intellectus consistit, insuperque effectum amoris à voluntate elicitem expresse statuit, eoque ipso falsam illam otiositatem, & actuumque omnium suspensionem, quam hæretici docent, expresse excludit.

Insuper in eodem lib. Cant. 1. vers. 1. loquens de sublimi illo statu transformationis in Deum, sic inquit: *Vnde in hoc actuali statu nequit anima istos producere actus, nisi à Spiritu sancto peculiarissime moveatur; quamobrem etiam cuncti ipsius actus, in quantum hoc singulari modo à Deo excitantur, sunt divini. Vnde etiam quotiescumque flammescit ista flamma, faciendo illam cum suavitate ac temperamento divino amare; vitam sibi sempiternam, qua carnis divinam eleuat operationem, conferri arbitratur.*

In quo testimonio evidenter constituit actus elicitos ab ipsa anima in illo sublimi statu actualis contemplationis, & transformationis in Deum, eosdemque etiam asserit esse summè meritorios, quæ omnia Illuminatorum erroribus directè aduersantur, & ideò tantum abest, ut cum eis doctrina hæc aliquatenus consentiat, ut potius sit eis omnino opposita.

Sed ibi de hac re optimè, & clarissimè, ac simul tanquam Mysticus, & Scholasticus Doctor locutus fuit & in eodem Cant. 1. vers. 3. sic inquit: *Et quoniam anima naturaliter industriaque sua nihil absque corporei sensus interuentu & ope valet operari, à quo tamen in presenti casu liberrima est & remotissima, hinc est, ut vniuersa ipsius occupatio nihil aliud sit, quam à Deo duntaxat recipere, qui solus in fundo seu centro anima, absque sensuum adiumento eam mouere, in eaque operari potest, quare vniuersi huiusmodi animæ motus diuini sunt; & quæcumque à Deo proueniant, etiam ipsius animæ sunt; efficit siquidem eos Deus in illa cum illa ascensum voluntatisque suam præbente &c.*

Tandem aliud testimonium ex lib. 2. Ascens. Montis Carmeli cap. 13. vbi id ipsum expresse explicuit adducemus, ibi enim constitutus signa, quæ quis in se ipso reperire debet, ut actus discursiuo stelinquat, & ad hanc sublimem contemplationem perueniat, sic inquit: *Tertium signum, idque magis certum est, quando liber anime solam manens, cum attentione ad Deum amorosa absque alia particulari consideratione, in quadam interiori pace, quiete, ac requie, absque actibus & exercitatione saltem discursiua (qua ex vno in aliud fertur) potest*

tiarum, Memoria, scilicet Intellectus & Voluntas: sed solum quod maneat cum noticia & aduertentia generali, & amorosa de qua locuti sumus, absque particulari intelligentia &c. Huius signi necessitatem post pauca assignans, sic subiungit: Nec etiam satis est, primum & secundum indicium in se animadvertere, nisi simul videat & tertium. Quamuis enim cernat, non posse se discurre, neque de rebus diuinis meditari, neque etiam libeat illi de alijs diuersis rebus cogitare, posset hoc ex Melancholia promanare, vel aliquo deprauato humore, qui cerebrum corque occupat, quique solet produere in sensu suspensionem, & impletionem quandam, qua efficiunt, vt nihil cogitet, nihil velit, nec libeat illi aliquid meditari, sed solum in illa sapida abalienatione cupiat permanere: Contra qua omnia debet tertium habere indicium, videlicet notitiam & attentionem amorosam in pace & tranquillitate interna, sicuti diximus &c.

Et postea cap. 14. sequenti eiusdem signi necessitatem iterum assignans sic ait: Veruntamen adducemus nunc vnam solum rationem, qua manifeste demonstramus, quo modo in euentu quo Contemplatiuo praeferenda sit meditationis via, necessarium illi sit, hoc aduertentiae amorosa, ac generalis Dei notitia indicium. Est autem haec ratio, quia si anima tunc temporis, ista notitia vel in Deum absentia destitueretur, sequeretur nihil illam tunc agere aut habere, & necessario illi vniuersum circa Deum exercitium deesset, cum anima nulla ratione possit operari, nec aliquid in se recipere, nec in eo ad quod operando deuenit, perseverare, nisi per ista duo potentiarum genera sensitiuarum nempe, & spiritualium; nam medij sensitiui potentij, vt diximus potest illa discurre, inuestigare, & notitias obiecto iam producere; medij autem spiritualibus potentij, potest frui notis arum, in istis potentij iam receptarum, obiecto, sine eo quod amplius ipsa laborando, inuestigando, vel discurrendo operentur. Et sic discrimen quod inter anima exercitium per potentias sensitiuas, & eiusdem exercitium per potentias intellectiuas intercedit, idem est, quod inter operantem & fruientem opere iam perfecto; vel certe illud, quod est inter aliquid recipientem, vel fruientem rebus iam receptis; vel illud, quod est inter via laborem & quietem, qua in via termino reperitur; denique veluti illud quod inter cibos preparantem, vel iam preparatos edentem & gustantem. Quod si anima in nullo istorum exercitiorum detineatur, hoc est, nec in meditatione, & discursu, potentiarum sensitiuarum operatione vtatur; nec in Contemplatione & notitia simplici, de qua iam dictum est, rebus iam receptis & operatione acquisitis fruatur, sed in veris que otaretur & vacaret, non esset vnde vel quomodo posset dici occupata. Est ergo haec notitia necessaria ad discursum & meditationem relinquendam &c.

Quod testimonium ideo sic ad longum retulimus, quia in eo non solum saepe, & expressè docet reperiri in illa contemplatione sublimi actus ab ipsa anima elicitos, sed etiam, quia expressè damnat suspensionem omnium actuum, & vitiosam illam otiositatem, quam haereticis constituunt, docetque, quod cessante huiusmodi actu simplicis, & amorosae notitiae, statim recurrendum est ad alios actus discursiuos, ne anima suspensa, & vitiose otiosa remaneat, ac tandem declarat optimè, in quoniam sensu tunc anima ex se non operari dicatur.

Plura alia testimonia ex libris Mystici nostri Doctoris desumere possemus ad id ipsum ostendendum, sed ea, quae adduximus, satis superque ostendunt nullatenus eius do-

B.
Joannis
à Cruce

Opera
Mystica
NVI
128

doctrinam aliquo modo suffragari erroribus Illuminatorum potentiarum omnimodam suspensionem, & omnium actuum carentiam, vitiosamque proinde otiositatem in contemplatione statuentes, imò potius errores hos evidenter excludere, & damnare in eisdem locis in quibus orium, & quietem contemplationis statuit. Unde hæcenus dumtaxat possent prædicti Illuminati Mystici nostri Doctores aliquot testimonia in suorum errorum patrocinium adducere, quatenus eo modo quo scripturæ testimonijs malè citatis abutuntur; possunt etiam eius testimonijs abuti, captando, scilicet, aliqua verba hinc inde diuisa, & ab antecedentibus, & subsequenibus separata, nullaque significationis, sed soni dumtaxat verbalis ratione habita, quod hereticorum ingenium, & morem esse in referendis, tam Scripturis sacris, quam alijs testimonijs Sanctorum Patrum, & illustrium Doctorum, supra in prima parte huius Elucidationis capite tertio, fuisse ostendimus, & idè ex huiusmodi hæreticorum abusu nihil amplius contra hanc doctrinam, quam contra Scripturam sacram, Sanctorumque Patrum libros argui potest.

Cum igitur ostensum sit, nullatenus Mysticum nostrum Doctorem in prædictis locutionibus favere erroribus iam relatis Illuminatorum, sed potius illis aduersari, atque adèd in longe diuerso sensu orium, quietem, somnum, annihilationem, silentium, obliuionem, operationem cessationem, seu suspensionem, passivum se habendi modum, simileque locutiones protulisse, superest modo, ut ex eiusdem doctrina, verum hunc, ac legitimum earum sensum declaremus, Sanctorumque Patrum, ac illustrium Doctorum auctoritate muniamus.

§. II.

Verus sensus prædictarum locutionum multipliciter declaratur.

12. **E**Xmultiplici itaque causa merito Mysticus noster Doctor, & alij Sancti Patres, & Doctores Catholici (quorum testimonia infra referemus) asserunt in hac actuali contemplatione operationes potentiarum cessare, atque adèd dari iuncionem, somnum, silentium, rerum obliuionem, quietem, spiritus annihilationem, à proprio utriusque operandi modo, ac tandem animam tunc passivè se habere. Primitus scilicet, quia tunc intellectus, & voluntas non operantur modo sibi connaturali, nequè medijs actibus discursivis, & imaginibus rerum corporearum, nec ex propria veluti industria, arte, & inquisitione, sed supernaturali modo, & spiritali Spiritus Sancti motione respectu cuius passivè se habent, cum eam recipiunt. Quem sensum evidenter expressit Mysticus noster Doctor in testimonijs iam citatis, & alijs similibus in quibus dum asserit potentias non operari, sæpè addit particulam illam: *De suo, vel tanquam suum; vel de sua industria.* subiungitque operari, modo diuino, quod verissimum esse dubitari non potest, & hanc causam sufficientem esse ad hoc, ut prædictæ locutiones proferantur, docent præter Sanctos Patres, quorum testimonia infra referemus) plures alij Doctores, qui hac de causa eas locutiones approbant. Unde citatus Antistes Frater Bartholomæus à Martyribus 2. parte compendij cap. 17, §. 2. hanc causam assignans, sic inquit: *Et quamvis hac seruens dilectio elicitur à voluntate,*

dicunt.

dicitur tamen passiva, quia ad illam non excitat voluntas se ipsam, velut ad primam, sed immediate excitatur à Deo fortiter, &c. Et cap. 13. §. 3. de ijs, qui huiusmodi contemplatione afficiuntur, sermonem instruens sic habet: Similes namque sunt paruulo matrem amplectenti, vbera sugenti, qui plerumq; nihil videt, aut audit, aut saltem se videre, & audire non iudicat, experimentali solum delectatione, & latitè occupatus, par est affectualis cognitio Theologorum Mysticorum delitijs affluentium super dilectum suum, &c.

Eandem causam assignant, & approbant, pro vsu prædictarum locutionum Gerson tractatu de Dilucidatione Mysticæ Theologiæ, consideratione 11. Suarez tomo 2. de Religion. lib. 2. de oratione cap. 12. specialiter num. 18. ibi: Est ergo vitalis illa passio, vnde non est sine intellectu, vel voluntatis efficientia, denominatur autem potius passio, quam actio, quia principalis motor, ibi est Spiritus Sanctus, qui animam tuam agit per specialissimum auxilium internum, per dona sua, & non tantum per ordinariū modum operandi virtutibus accommodatum. Docent etiam Venerabilis ille vir Pater Balthasar Aluarez, vt in eius vita refert Pater Ludouicus de la Puente cap. 14. §. 1. noster Ioannes à Iesu Maria de Mystica Theolog. cap. 7. noster Thomas à IESV lib. 5. de contemplatione cap. 13. noster Hieronymus à Matre Dei in annotationibus ad cap. 6. libri Sanctæ Matris nostræ THERESIÆ, qui inscribitur Conceptus amoris diuini, quem super Cantic. scripsit. Pater Antonius Suequet de via vitæ æternæ lib. 3. cap. 16. de contemplatione. Arias in lib. de profectu spirituali tractatu 5. de oratione mentali cap. 19. Molina Cathuf. tractatu 2. de oratione cap. 7. Magister Ludonicus Legion. in annotatione marginali ad cap. 12. vitæ Sanctæ Matris nostræ THERESIÆ, noster Didacus à IESV, in annotationibus ad librum Mystici nostri Doctoris, discursu primo, phrasi secunda & quarta, Magister Basilius Legionensis in Defensorio iam citato, propositione tertia, Albarado tomo primo, artis bene viuendi libro secundo, capit. 39. num. 14. & plures alij.

Secunda vero ratio ob quam Venerabilis noster IOANNES, aliq; Doctores Mystici, necnon & Sancti Patres infra referendi, merito prædictis locutionibus vsi fuerit, est quia illud solum operari videtur anima, quod operatur cum difficultate, vel labore, & quia in sublimi hac contemplatione sine labore, & difficultate, sed potius cum summa suauitate & delectatione mens operatur: ideo merito tunc nihil agere dicitur, sed potius à Deo suauitatem illam, ac dulcedinem recipere & pati.

Sensum hunc declarauit D. Augustinus libr. de quantitate animæ cap. 33. ibi. Fieri potest vt hæc omnia simul agat anima, sed id solum sibi agere videtur, quod agit cum difficultate, aut agit cum timore, &c. Quod etiam optime explicuit noster Ioannes à IESV Maria c. 6. Mysticæ Theologiæ sic inquit. Ascendendum, non profus deficere potentiarum actus in ea caligine diuina, sed esse actus adeo tranquillos, & suaves, vt cū alijs incitatis actibus, quos paulo antea hæc potentia proferebant comparati, eandem proportionem habere videantur, quam elatus sermo habet, cum voce valde summissa, qua si quis vtatur iuxta cœnobiticam disciplinam, silentium dicitur obseruare, quæ sanè responsio capti facilis est, quippe tunc Deus animæ amantissimè blandiens, tam cœlesti suauitate eam ad intelligendum, & amandum permouet, vt ipsa non se agere, sed suauissimè duci, & quasi erumpentes vltro à potentij actus nō tam

B.
Joannis
à Cruce

Opera
Mystica
LXVI
128

producere, quam pati videatur, & hæc fortasse est illa insignium Heroum passio, quam Hieroteus sustinebat: qui doctus fuisse asseritur non solum dicens, siue scire, verum & patiens diuina, & iuxta hunc dicendi modum responderi debet eas potentias diuinam caliginem ingressas, non ita silere, vt nihil omnino agant, sed intellegunt altissima, & tranquillissima contemplatione, voluntatem suauissima fructione pasci, at hæc in vnione Mystica tam sedate tranquilleque fieri, vt potentia silere, hæc est tam suauis Dei intus agentis actione fieri videantur, ac si profusus nihil agerent, sed ab alio productos actus tantummodo recipere.

16. Eundem sensum declarauit noster Thomas à 1es v, lib. 5. de contemplatione capite 13. ibi: *Stabilendum est in hac Mystica, ac supereminentiſſima anima cum Deo vnione ueniri simul Dei altissimam cognitionem siue contemplationem, qua licet non ab omnibus, qui diuina patiuntur, sentiantur, tum propter vehementem amorem, & declarationem, qua illam supereminentem anima cum Deo vnionem, & amplexum comitantur, quibus ita anima intus absorbetur, & ab alijs abstrahitur operationibus, vt nulla ratione supra se ipsam, vel supra eas potentiarum actus valeat reflecti.* Iuxta quem etiam sensum prædictas locutiones explicat, & approbat Magister Basilius Legionensis in Defensorio cit. proposit. num. 16.

17. Quod autem in hac sublimi contemplatione, mens sine labore, sed cum magna delectatione operetur, docent D. Thomas 2. 2. quæst. 180. artic. 7. D. Augustinus lib. 12. de Genes. ad literam serm. 27. de verbis Domini, lib. de correctione, & gratia cap. 2. & lib. 10. confes. cap. 40. D. Hieronymus in regula Monastica cap. 26. Recordus tractatu de gradu violentæ charitatis, Gregorius lib. 24. moral. cap. 5. & homil. 14. in Ezech. D. Bonauent. itiner. 6. æternitatis, distinctione 1. Sancta Mater nostra THERESIA cap. 17. suæ vitæ, ibi: *In tam sublimi orationis gradu in quo consistit, intelligit hoc se sine vlla intellectu desatigatione facere, nisi quod hic meo iudicio vult cogitare, ut hereat, apud se considerans quam bene Dominus hortulani partes expleat, dum non vult in hoc laborem vllum subeat, sed dumtaxat florum, iam redolere incipit: tum odore sese oblectat.* Mysticus noster Doctor lib. 2. Ascens. Mont. Carmel. cap. 14. ibi. *Quamotrem statim ac se in oratione constituerit (instar illius, qui aquam ad bibendum in promptu habet), suauissimè bibat absque labore: nec indiget amplius præteritarem considerationum, formarum, & figurarum aquaductibus &c.* Et capit. 15. sequenti ibi: *Qua pacifica notitia obienta, non discunt, nec laborat iam potentis anima; tunc enim verius dici poterit, intelligentiam & suauitatem in ea quæ pascitur se habente fieri, seu produlsi, quam quod ipsamet aliquid operetur, sed solummodo istud incumbit, vt attentam cum amore habeat ad Deum animam, &c.* Et citato cap. 14. id opinionis comparationibus explicuit, inquit, quod inter actus discursiuos, & actus huius quietis contemplationis: *Est idem discrimen quod est inter operantem & fructum operis iam perfecti; vel quod est inter via laborem & requiem, quæ in via termina reperitur, vel illud quod est inter cibos preparantem, vel iam preparatos edentem, & gustantem.* Taulerius cap. 21. instit. Gerlon cap. 8. de Monte contemplationis, ac denique communiter coenones, qui de contemplatione differunt.

Hæc ergo de causa merito tunc anima nihil operari dicitur, quam uis reuera operationem naturalem, tam intellectu, quam voluntatis, ac valde eleuatam imaginem

voluptate, & delectatione eliciat, imo adhuc in communi nostro loquendi modo, cum aliquid sine labore, sed cum magna voluptate efficitur, dicere solemus, *Ego nihil ego hac in re.*

Tertia deinde ratio, propter quam Mysticus noster Doctor, alijque Sancti Patres, ac Doctores Mystici prædictis locutionibus vtuntur, est, quia in hac sublimi contemplatione mens supra suas operationes non reflectitur, nec intelligit se operari: quoties enim sine hac reflectione operamur, facildè operationis nostræ obliuiscimur, imò, & videtur nobis nihil nos operari, vt docuit Phil. lib. 1. de memoria capite 1. & D. Thomas 3. part. quæst. 83. art. vltimo ad 5.

18.

Quod autem mens in hac sublimi contemplatione sine huiusmodi reflexione operetur, docet S. Mater nostra THERESIA cap. 16. suæ vitæ ibi. *Vult Dominus, ita hic hortulanum adiuuare, vt ipse quodammodo hortulanus sit, & quid quid faciendum est, faciat. Est quidam potentiarum animæ somnus, vt quæ nec penitus perduntur, nec, quid agant, intelligant, &c.* Et in lib. qui inscribitur, *Conceptus amoris Dei &c.* cap. 6 explicans illa verba Cant. 2. *introduxit me Rex in cellam vinariam, ordinauit in me charitatem,* sic inquit: *Verum quoque est, quod ne ad amandum quidem sese excitaram innemat. Sed obrutum somnum, ter felicem ebrietatem, quæ sponsum eo supplere agit, quod anima per se ipsa præstare non potest; dum scilicet mirabili quodammodo ordinat, vt omnibus potentijs mortuus aut dormitantibus, amor maneat viuus, & ipsomet non intelligente quomodo operetur Dominus ordinet, vt tam mirabiliter operetur, vt cum ipso amoris Domino, Deo inquam, vnum quid factus sit &c.* Quod in eodem cap. sæpè repetit.

Id ipsum docet Venerabilis noster IOANNES citato cap. 14. lib. secundi Ascens. Montis Carm. ibi: *illud tamen alta mente hoc loco perpendendum est, notitiam hanc de qua loquimur, generalem, esse aliquando adeo subtilem, ac delicatam; (præsertim quando ipsa in se est purior, simplicior, perfectior, spiritualior & intimior) vt anima, quam occupat, minimè illam animaduertat, neque percipiat &c.* Quod in eodem cap. & alibi sæpè repetit, specialiter verò in lib. qui inscribitur, *Flamma amoris viuæ &c.* Cant. tertio, versiculo 3. §. 6. ibi: *Quod cum ita contigerit, vt nimium sentiat se anima in silentio & auditione collocari; amorosa etiam de qua locutus sum aduercentia simplici summa esse debet, absque sollicitudine seu reflexione aliqua: ita vt quasi obliuiscatur illius, vt tota auditioni inhiat: vt hæc ratione libera remaneat ad id, quod tunc ab ea requiritur.*

19.

Consonat citatus Bartholomæus à Martyribus c. 13. compendij spiritualis §. 3. ibi: *Similes sunt paruulo matrem amplexanti, vbera sugenti, qui plerumque nihil videt, aut audit, aut saltem se videre, & audire non iudicat.* Id ipsum docet Suarez tom. 2. de Religion. lib. 1. de oratione capite 4. numer. 7. & lib. 2. cap. 13. numero 24. ibi: *Cogitatio de ipsomet Deo melius coniungitur cum ipsius amore, quam cogitatio, vel cognitio ipsius amoris, nam hæc est cogitatio rei creatæ, quæ per se non conducit ad talom amorem, imò contingit, vt cum anima fertur in Deum per amorem, si occupatur circa se ipsam, & circa suos actus, quasi reflectendo supra illos, & cogitando quid agat, distrabatur, & tepescat in amore Dei, &c.*

20.

Idemque docent Basilius Legionensis, & noster Thomas à Iesv locis citatis, Aluarado tom. 1. lib. 2. cap. 43. & numer. 6. Magister Luisius Legionensis in Apologia pro libris S. Matris nostræ THERESIÆ, vbi eiusdem sanctæ locis id ipsum

21.

B.
Joannis
à Cruce

Opera
mystica

NVI
.128

ipsum ostendit. Pro quo etiam facit illud, quod refertur de Sancto Abbate Isaac, quod scilicet sæpe perpendere solebat illam magni Antonij sententiam asserentis, non esse perfectam orationem illam, in qua Monachus suam cognoscit orationem.

Propter hunc ergo reflexionis defectum sæpè asserunt Doctores Mystici, & cum eis Venerabilis noster IOANNES, eum, qui hac perfecta contemplatione affectior, non operari, id est, nequaquam scire, aut aduertere se operari, suæque operationis obliuisci, imò illam prorsus ignorare, sibi que videri esse sine operatione, quod etiam sæpè in nobismetipsis, quoties sine hac reflexione operamur, experimur.

22.

Quarta tandem ratio, propter quam merito Mysticus noster Doctor, aliique Sancti Patres, & illustres Doctores prædictis locutionibus vti soere, est, quia in sublimi illa contemplatione, quamuis anima actum cognitionis, nec non, & amoris ad illum sublecuti verè eliciat, quia tamen per viam negationis, seu remotionis procedit, cognoscendo, scilicet, non *Quid Deus sit*, sed *quid non sit*, quæ est illa altissima caliginosa cognitio, de qua supra in Elucidatione secundæ propositionis differimus, quamque Diuus Dionysius, & alij Mystici Doctores præcipue sua dent, idè potius ignorare, & operationibus cognoscitiuis carere, quàm aliquid cognoscere dicuntur.

23.

Hac enim ratione D. Dionysius in lib. de Mystica Theologia cap. 1. sic Timotheum alloquitur: *Tu verò Timothee charissime intensissima concuendo spectaculo Mysticae exercitatione, & sensus lingue, & intellectuales operationes, & sensibilia, & intelligibilia omnia, & quæ non sunt, & quæ sunt omnia, ut illi iungaris, qui super omnem substantiam, omnemque substantiam est, ignotè pro viribus te ipsum intende, &c.* Vbi verba illa: *Lingue intellectuales operationes, nec non & illa, super omnem scientiam ignotè, perpendenda sunt, in quibus hæc operationum intellectualium carentia rigorosius, quàm in locutionibus Venerabilis nostri IOANNIS stabilitur, quod etiam in eodem c. 1. circa finem idem D. Dionysius repetit, sic inquit: Tum verò ipsa quoque visibilia, atque intellectualia contemplator interior, ingreditur ignorantie Mysticæ profecto caliginem, in qua omnia scientia, & cognitionis prædicta terminans, totus in ea sit, qui tactum penitus, visumque refugit, transcenditque omnia, perit autem ignoto scientia omnis, & cognitionis vacante, præstantiori modo coniunctus, & in quoque ipso, quod nihil cognoscit, supra sensum mentemque cognoscens, &c.* Quibus etiam locutionibus vtitur c. 7. de diuinis nominibus. sic Theologiam Mysticam describit: *Est igitur augustissima Dei scientia, quæ per ignorantem scitur in coniunctione illa, quæ supra sensum, quando mens omnia entia transfiliens, & se ipsam demum linquens, coniuncta fuerit lucidissimis radiis inde, atque illic inscrutabili sapientie profundo illustrata &c.*

24.

Eccè qualiter sæpè D. Dionysius ignorantem, carentiam cognitionis & scientie, derelictionem omnium intelligibiliù, in hac sublimi contemplatione statuit, non quodè, quia omnem actum cognoscitiuù ab intellectu elicitu excludere voluerit, sed in sensu iam dicto, quia scilicet tunc cognoscitur per remotionem, *quid Deus non sit*, nequaquam autem affirmatur, *quid positiue sit*, qui cognoscendi modus potius ignorantia, cognitionisque defectus, quàm cognitio merito appellatur.

Vnde iuxta hunc sensum interpretatur Diuus Thomas, D. Dionysium supra cit. cap. 7. de diuinis nominibus sic inquit: *Rursus autem est alia perfectissima Dei cognitio,*

per remotionem, scilicet quod cognoscimus Deum per ignorantiam, per quandam vnitionem ad diuinam supra naturam mentis, quando scilicet mens nostra recedens ab omnibus alijs, & postea etiam dimittens se ipsam vnitur supersplendentibus radijs Deitatis, in quantum scilicet cognoscit Deum esse non solum supra omnia, quæ sunt infra ipsam, sed etiam supra ipsam, & supra omnia, quæ ab ipsa comprehendi possunt, &c.

In quo etiam sensu adducta verba Dionysij ex fine capitis primi de Mystica Theologia explicat Ambrosius Florentinus Abbas, Generalis ordinis Camaldulita inquit: Tunc quando contemplator ad Mysticam Dei cognitionem adspirat creaturarum omnium, tum corporearum, tum incorporearum imagines relinquens, secretam quandam in nebulam abdit se, vbi mira est ignorantio: ibi enim amittit omnia scientia, cognitionisque admicula, hoc est, simulachra, quibus hominis nititur cognitio, iamque omni obstaculo expeditus totus voluntatem, siue affectum fit, hoc est, transformatur in eum, qui tangi, viderique nequit à viatoribus, & qui cum sit Dominus vniuersorum, nec se ipso alior esse queat, nullius est, nec sui quidem ipsius: modus autem transformationis hic est, vt Deo penitus per assertiones ignoto, scientie omnino, & cognitionis assertivæ vacatione, præstantiori modo, id est, per ablationem seu negationem cognoscens, affectu intimo coniungatur, & eo ipso, quod nihil asserendo, sed omnes expositiones auferendo, cognoscit altius multo Deum supra sensum mentemque, hoc est, mentis conceptum assertiuum cognoscit, &c.

In quo etiam sensu interpretatus est Sanctum Dionysium Dionysius Carthusianus in commentarijs capite 1. Mysticæ Theologiæ, & alibi sæpè, quod etiam optimè explicuit Suarez tom. 2. de Religion. lib. 2. de oratione cap. 12. numer. 20. ibi: Quocirca ignorantia Dei de qua loquitur Dionys. non est ignorantia priuationis, aut praua dispositionis, sed enim ignorantia Dei summa est imperfectio, per ignorantiam ergo intelligit quandam Dei cognitionem, per quam potius cognoscitur, quid Deus non sit, quam quid sit, & idè ignorantia esse dicitur, &c.

Quod confirmari potest ex illa reuelatione facta Sanctæ Matri nostræ THERESIÆ, vt ipsa refert in lib. suæ vitæ cap. 10. cum enim illa scire desideraret, quid in Mystica vnione intellectus operaretur, respondit ei Dominus, vt ipsa refert dicto capite suæ vitæ: Cum nequeat comprehendere hoc quod intelligit, est non intelligendo intelligere, &c. Hac ergo ratione optimo iure Mysticus noster Doctor, alijque Sancti Patres prædictis locutionibus supra in hac propositione relatis, quæ in hoc sensu verissimæ sunt, vsu fuere, de quo videri potest noster Thomas à Iesu lib. 5. de diuina contemplatione cap. 13. & hanc explicationem ipsemet Venerabilis noster IOANNES adhibuit lib. 3. Ascens. Mont. Carmeli capite 1. ibi: Cum autem verum sit, (vt est verissimum) debere animam potius cognoscere Deum per id, quod non est, quam per id quod est; vt ad illud pergere possit, nec statuum omnino est nullo admittere modo, sed abnegare quidquid ex omnibus suis apprehensionibus, siue naturalibus, siue supernaturalibus abnegari potest. Quam ob causam idem nunc cum memoria faciemus, ex proprijs naturalibus limitibus eam educendo, & supra seipsam (hoc est) super omnem distinctam notitiam possessionemque apprehensibilem, ad sublimem spem incomprehensibilis Dei, illam subleuando, &c.

Propter has ergo rationes, quarum quælibet, & multo magis omnes illæ simul sumptæ, de se sufficientissimæ sunt, meritò Mysticus noster Doctor prædictis locutionibus, quæ in hac propositione referuntur, vsus fuit, communem Sanctorum

B.
Joannis
à Cruce

Opera
mystica
NVI
128

Patrum Doctorumque Mysticorum usum sequens, qui prædicitur etiam locutionibus, imo & strictioribus, ac difficilioribus frequenter vti fuere, ut ex eorumdem Doctorum testimonijs, quæ iam subiungimus, manifestè constabit.

§. III.

Plura Sanctorum Patrum, & illustrium Doctorum testimonia, in quibus eadem doctrina, & locutio continetur referuntur.

28. **I**N primis igitur his locutionibus usus fuit Mysticæ Theologiæ princeps D. Dionysius locis supra num. 23. citatis ex cap. 1. de Mystica Theologia, & ex cap. 7. de diuin. nomin. quas locutiones cæteri Doctores Mystici approbantes ab eodem delibenterunt, vnde D. Bonauen. de itineribus æternitatis itiner. 5. dist. 6. sic inquit: *Cessant in ista caligine ab operatione cognitionis intellectus dicitur inoculatus à priuatione omni actus rationis, &c.* Quo etiam loquendi modo usus fuit de Mystica Theologia part. 4. & de litteraribus Ecclesiæ serm. 2. de ingressu ad sapientiam. Consonat Dionys. Carthuf. de Theologia Mystica cap. 2. ibi: *Non sufficit ista relinquere, nisi relinquatur omnia intelligibilia, operationesque propriae.* Consentit Hugo Victor. lib. 2. de anima cap. 20. ibi: *Omnia interior vi anima proprio viduatur officio, & Ricardus lib. 4. de contemplatione cap. 22. ibi: In medio nebula Moyses ingreditur, quando humana mēs ab illa diuini luminis immensitate absorpta summa sui obliuione sopitur.* Eodem modo loquitur Rusbroch. lib. 2. de ornat. spirituum nuptiarum cap. 71. ibi: *Vbi vero Deo occurrimus, tam ingens, & immensa illius claritas, & astus est, ut spiritus omnes sua actione destituantur, &c.* Et infra subiungit: *Cuncta virtutes nostre actione vacant, &c.* Et cap. 73. subdit. *In nihilo autem ab actione omni deficit.*
29. Nec minus strictè locutus fuit Ioannes Taulerus cap. 12. instituit. sic inquit: *Ibi planè spiritus præ lumine absque luce, præ cognitione, absque cognitione, & præ amore, absque affectione efficitur, &c.* Et paulò inferius subiungit: *Hic iam internum quoddam, mutumque silentium fit, nec vllum hic verbum eloqui licet, sed nec intus, nec foris quidquam huc operari permittitur, sed ipse spiritus patitur dulcem quandam insensibilem, & ineffabilem passionem, insuper miraculo miraculo lucidissime supersplendentis abyssalis Deitatis.*
- Consonat Bloisus cap. 12. spiritualis institutionis, ibi: *Hinc præ cognitione facta sine cognitione in solo amabili nudo simplici, & ignoto Deo quiescit, lux quippe diuina propter nimiam suam claritatem inaccessibilis est; vnde, & caligo appellatur.* Accedit citatus Bartholomæus à Martyribus supra relatus, ibi: *Non humana, sed diuina à amplexat est operatio.*
30. Vnde locutionem hanc, constituentem otium, quietem, & potentiarum suspensionem in contemplatione, præter Doctores, & Sanctos Patres recensitos habent D. Augustin. sermone 27. de verb. Domini, & lib. 19. de Ciuitate Dei cap. 2. & 19. D. Thomas 2. 2. quæst. 179. artic. 2. D. Bernardus sermon. 46. in Cant. citatus Dio. Bonaventura itinere 5. æternit. dist. 6. Gilbertus Abbas serm. 1. in Cant. R. signolius de disciplina

ciplina Christianæ perfectionis lib. 5. cap. 11. Alvarez de Paz tom. 1. de vita spirituali lib. 2. part. 5. cap. 41. & lib. 4. part. 2. cap. 23. noster Ioannes à I. s. v. Maria de Mystica Theologia cap. 6. & plures alij.

Sed oprime, vt solet, locutione hac vsa fuit, eamque explicuit Sancta Mater nostra THERESIA cap. 18. suæ vitæ referens reuelationem illam sibi à Deo circa hoc factam, in qua tale à Deo accipit responsum. Et quia quæ intelligit nequit comprehendere, hinc perinde est, at que si intelligendo non intelligeret, statimque ipsa subiungit: Hic omnes potentia deficiunt, & taliter suspenduntur, vt nullo modo percipi possit, sicut dictum est, illas operari. Si alicuius mysterij meditatione iam occupabatur, ita mox ipsum de memoria elabatur, ac si nunquam eius meminisset aut de eo cogitasset, si in libro legat, mox lectorum non recordatur, aut quousque perueniat; idē quoq; in oratione vocali vsu venit. Adeo vt importuni huius papilionis (memoria in quā) ala hic aduertantur. & se ipsa iam monere amplius non possit. Voluntas quidē amando maxime occupetur oportet, sed tamē, quomodo amet, non intelligit. Intellectus deniq; si quid intelligat, nō intelligit, quomodo intelligat, salte nihil eorū quæ intelligit potest cōprehendere: equidē non puto ipsum quidquam intelligere; nam sicuti tā dixi, hoc non intelligitur, & quomodo id fiat, plane ego intelligere non valeo. Et c. 10. eisdē libri sic inquit: Intellectus (quamū mibi videtur) non discurrit, non tamen amittitur: sed vt dico non operatur &c. Et cap. 12. Et admirandi & in quo se interim occupet materiam dat; & efficit, vt etiam sine mentis discursu breuissimo tempore plus intelligat, quam nos omni nostra diligentia plus imō annis possemus comprehendere &c. Et cap. 23. suæ vitæ ait, quod in illa oratione, quam ipsa vocat quietis: nihil cogitabam, nec cogitare quid poteram. Quā doctrinam repetit cap. 17. 18. & 26. suæ vitæ, & Mansionē quinta cap. 1. & in lib. vitæ perfectionis cap. 30. & alijs in locis relatis à Magistro Luitio Legionensi in apologia supra citata;

§. IV.

Ex Theologorum doctrina, & locutione amplius eadem locutio confirmatur.

SEd, vt plura alia testimonia, in quibus eadem continetur locutio, omitramus, sufficiat pro huius locutionis euidenti approbatione, quod prædicta contemplatio communiter à Sanctis Patribus otium appellatur, imō & Philos. 10. ethicorum naturalem contemplationem, quæ longè inferior est, vacationē appellauit, non quia in illa detur cessatio ab operatione, sed quia huiusmodi operatio, propter rationes supra adductas, prædicta nomina, sicuti, & nomen quietis, & alia similia promeretur. Quæ omnia coniunxit D. Tho. in 3. dist. 35. q. 1. ar. 2. quæstione. 1. vbi in secundo argumento sic habet. Vita contemplatiua à sanctis otium dicitur, & Philosophus etiam 11. ethicorum dicit ipsam vacationem, sed voluntas est vis motiua, cum ergo motus otio, & vacationi repugnet, videtur, quod vita contemplatiua non consistat in actu affectiue, sed solum in actu cognitiue.

Cui argumento sic respondet: Ad secundum dicendum, quod voluntas non solum est motiua quantum ad exteriores motus, qui vacationi repugnans, sed etiam motuum interiorum etiam ipsius intellectus, qui quidem motus æquiuoce dicuntur, vt patet in tertio de anima sunt enim actus perfecti, & ideo magis assimilantur quieti, quam motui, &c. Ecce qualiter huiusmodi locutio non solū apud Mysticos, sed etiā apud Scholasticos, & Philosophos

B.
Joannis
à Cruce

Opera
Mystica

NIVT

.124

communis sit, quæ confirmatur ex illo Psalm. 45. *Vacate, & videte quoniam factus est Dominus, Vbi vacatio, seu otium simul cum visione constituitur, ad denotandum huiusmodi otium, seu vacationem non excludere actus à potentijs elicitos, sed eorum modo quodam superiori, & valde quieto secum afferre, iuxta quem etiam sententiam referens D. Stephanus sublimem illam Moyli visionem de rubo ardenti dixit, *Tromfactus Moyses non audebat considerare. Actorum 7. n. 32. quamvis reuera actum sublimis contemplationis tunc Moyses exercebat.**

33. Id ipsum optimè confirmatur ex eo, quod docent Theologi cum D. Thom. 1. 1. quæst. 111. artic. 2. scilicet, *Gratiam operantem esse illam, quam Deus in nobis sine nobis operatur, seu quæ datur ad effectum, in quo mens nostra est mota, & non mouens, Quæ tamen doctrina nullatenus excludit, quod mens nostra eliciat illos actus, respectu quorum datur gratia operans: cum enim sint actus vitales, non possunt non à potentijs vitalibus elicitiuè procedere, hætenus tamen verificatur prædicta locutio, quatenus prædicti actus, vt exeunt à gratia operante, non eliciuntur liberè ab ipsis potentijs, atque ad eò in hoc sensu dicitur mens nostra non se mouere ad illos. Simili ergo modo, iuxta phrasim Mysticam, quamuis in sublimi hac contemplatione reperiantur actus eliciti à potentijs vitalibus, tamen meritò dicitur, tunc ipsas potentias non se mouere ad illos, quatenus, etsi elicitiuè, & liberè eos producant, non tamen mouent se ad illos modo proprio, seu ex propria industria, nec cum inquisitione, vel labore, nec per modum motus, sed per modum quietis: propter ea, quæ iam explicauimus.*

§. V.

Alia locutio contemplationem potius in passione, quam in actione constituens testimonijs Sanctorum Patrum, & illustrium Doctorum comprobatur.

34. **E**T ex hoc à fortiori comprobata, & explicata manet locutio illa apud eosdem Patres, & Doctores Mysticos valde communis, quod scilicet illa sublimis contemplatio potius se habet per modum passionis, quàm per modum actionis, seu quod tunc mens potius se habet passiuè, quam actiuè, quamuis re vera operationes vitales, & liberæ, atque ad eò actiuè ab illa procedentes eliciat, eo quod respectu talium actionum speciali modo à Deo mouetur, & excitatur, eiusque ductum, non autem propriam industriam, & excitationem sequitur, iuxta quem etiam sententiam D. Dionysii cap. 2. de diuin. nomin. §. 4. de diuino Hierotheo dicere solebat, quod erat patiens diuina: quem modum loquendi ibidem sequitur D. Thomas, nec non, & Theodor. Act. 1. super illud, *Factum est in mentis excessu.* Rusbruch, lib. de ornatu spiritualium nuptiarum cap. 71. vbi de hac contemplatione loquens ait: *Quod in ea diuinam operationem tanquam mera creatura patiantur oportet, & inferius, Operatio diuina horis omnibus mouens, vrgens, incitans, introrsum trahens, &c.* Qua etiam phrasi vsus fuit D. Paulus ad Rom. 8. dicens *Quicumque spiritu Dei aguntur, hæ sunt Filij Dei.* Ecce qualiter Filios Dei agi spiritu Dei (quod passionem denotat) non autem semetipsos agere, docet, quamuis re vera eliant operationes, ad quas ex spiritu Dei mouentur. Quod

Quod optimè explicuit D. Tho. super hunc Pauli locum lect. 13. inquires: *Homo autem spiritualis non tantum instruitur à Spiritu sancto, quid agere debeat, sed etiam cor eius à Spiritu sancto mouetur, ideo plus intelligendum est in hoc, quod dicitur: Quicumque supiritu Dei aguntur. Illa enim agi dicuntur, quæ quodam superiori instinctu mouentur. Vnde de brutis dicimus, quod non agunt, sed aguntur, quia à natura mouentur, & non ex proprio motu, ad suas actiones agendas, similiter autem homo spiritualis non ex motu propria voluntatis principaliter, sed in instinctu Spiritus sancti inclinatur ad aliquid agendum secundum illud Isai. 56. Cum venerit quasi fluvius violentus, quem spiritus Dei cogit. Et Luca 4. quod Iesus agebatur à spiritu in deserto, non tamen per hoc excluditur, quin viri spirituales per voluntatem, & liberum arbitrium operentur, quia ipsum motum voluntatis, & liberi arbitrii Spiritus sanctus in eis causat, secundum illud ad Phil. 2. Deus est qui operatur in vobis velle, & perficere, &c. Hucusque Doctor Angelicus.*

Cuius rei philosophicam rationem assignauit idem D. Tho. quæst. vnica de vniõne Verbi artic. 6. ibi. *Considerandum tamen, quod si virtus, quæ est actionis principium ab alia superiori virtute moueatur, operatio ab ipsa procedens non solum est actio, sed etiam passio, in quantum scilicet procedit à virtute, quæ à superiori mouetur.*

Consonat D. Prosperus lib. sententiarum Augustini num. 30. ibi. *Plus est procul dubio agi, quam regi, qui enim regitur aliquid agit, ideo regitur, vt recte agat, qui autem agitur, agere ipse aliquid vix intelligitur, & tantum prestat voluntatibus nostris gratia Saluatoris, vt non dubitet apostolus dicere, quot quot spiritu Dei aguntur, hi filij Dei sunt, nec aliquid in nobis libera voluntas melius agere potest, quam vt illi se commendet, qui male agere non potest, &c. Super quem etiam Apostoli locum sic ad propositum nostrum loquitur Caietan. Cum audiu: Spiritu Dei aguntur, caue ne furorem intelligas, ne velut amenes agi homines spiritu Dei intelligas, sed obedientiam talem, ac tantam spiritus nostri exhiberi Spiritu sancto habitanti in viru perfectis, vt parendo agantur obsequentissimi à Spiritu sancto habitante in eis, agitur autem non solum inuitus, aut nefcius, sed etiam promptissimè obsequens, &c.*

Quod etiam ibi explicuit Toletus sic inquires. *Agitur spiritu Dei est opera facere secundum spiritum, quorum motor, & autor primus est spiritus Dei inhabitans in iustis per gratiam, virtutes, & dona &c. Vnde merito Beda ibi sic disserit: Dicit mihi aliquis, ergo agimur non agimus, respondeo, imò, & agis, & ageris, & tunc bene agis si à bono ageris spiritus enim Dei, qui te agit, a genti adiutor est tibi. Quæ verba desumpsit ex D. Augustino term. 3. de verbis Apostoli, & Benedictus Iustinianus super eundem locum sic inquit: Ducimur igitur, atque agimur, sed nobis consentientibus, & liberè diuina motioni respondentibus, ita tamen maluit loqui Apostolus, vt vim atque efficaciam diuina gratia ostenderet. Tandem D. August. lib. de correct. & gratia cap. 2. sic ait: Intelligent si filij Dei sunt, se spiritu Dei agi, vt quod agendum est, agant, & cum egerint, illi à quo aguntur gratias agent, aguntur enim, vt agant, non vt ipsi nihil agant.*

Nec huius locutionis oblita fuit Sancta Mater nostra THERESIA, eam namque habet cap. 17. suæ vitæ ibi. *Hic orationis modus iam vtrumque sufficienter expressus est, nec non quid animam, quæ eum habet, facere oporteat, aut potius, quid Deus in ea faciat: ipse enim est, qui hortulani partes iam subit, illam autem vult requiescere & letari; ita vt voluntas in gratias illas, quibus fruatur, dumtaxat consentiat, seque resignare debeat ad omnia, quacumque vera sapientia in ipsa operari vult, &c. Id ipsumque docet in omnibus locis supra num. 31. citatis, in quibus potentiarum suspensionem, cessationem, otiumque, & quietem in hac contemplatione constituit.*

B.
Joannis
à Cruce

Opera
mystica
NVI
129

39.

Vnde hunc loquendi modum, passionem potius quam actionem in hac fabulâ contemplatione statuentem approbant, & sequuntur, præter recensitos Patres, & Doctores, plures alij, vt sæpè relatus Antistes Bartholomæus à Martyribus 2. parte compendij cap. 11. parum ante §. 1. sic inquit: *Non humana, sed diuina dumtaxat est operatio, ibi enim Deus ipse est agens, homo vero patiens, & §. 2. ibi. Et quamuis hæc feruens dilectio exciatur à voluntate, dicitur tamen passiva, quia ad illam non excitat voluntas se ipsam vel ad primam, sed immediatè excitatur à Deo, &c.* Noster Thomas à 1. s. v. lib. 5. de contemplatione cap. 13. noster Ioannes à 1. s. v. Maria de Mystica Theologia in principio num. 4. Venerabilis Pater Balthasar Aluarez, relatus à Patre Ludouico de la Puente in eius vita cap. 13. & 41. Suarez lib. de oratione cap. 12. numer. 18. & cap. 19. numer. 7. noster Didacus à 1. s. v. in annotationibus ad libros Mystici nostri Doctoris discursu secundo, phrasî secunda, Molina Carthusianus in titulo de oratione capite septimo, §. primo, Pater Basilius Legionensis in Defensorio sæpè citato, propositione tertia, & plures alij.

S. VI.

Locutio silentium contemplationi tribuens, testimonijs Sac. Scriptura, & Patrum stabilitur.

40.

EX dictis satis etiam, & à fortiori comprobata manet illa locutio, in qua huiusmodi contemplatio silentium appellatur, non quidem quia mens in illa nullum actum exercent (in hoc enim sensu, tunc etiam internè loquitur) sed quia prædictum actum non exercet modo proprio, neque ex propria industria, & inquisitione atque ad eò quoad sibi propria silet, solumque exercet actum modo quodam superiori & ex speciali motione diuina, absque reflexione propria, per quem actum diuinæ veritati loquenti attendit, ac propterea potius auditio, quam locutio appellatur, vnde hoc nomen silentij contemplationi tribuit D. Dionysius de Mystica Theologia cap. 1. statim in principio & D. Thomas super illa verba Apocalypsis §. *Factum est silentium in Cælo quasi dimidia hora.* Super quæ verba idem docet Diu. Gregorius lib. 2. Moral. cap. 29. in fine, & lib. 5. cap. 26. & lib. 30. cap. 12. & super Ezech. homil. 14. circa illa verba Ezech. 40. *Et in manu viri calamus mensura sex cubitorum, & palmo.* Idem quoque docent D. Bernardus serm. 52. in Cant. & ser. 13. ad sororem, & sermone de 7. spiritibus. Augustinus in Psalm. 94. & epist. 119. D. Basilius serm. de Natiuitate Domini, Ambros. lib. 1. de fide ad Gratianum, Sancta Mater nostra THERESIA in lib. qui inscribitur, *Conceptus amoris Dei*, super Cant. cap. 5. & 6. Diu. Ioannes Climacus gradus 17. Hugo l. 2. de anima c. 20. & de claustro animæ l. 4. c. 36. super citata verba Apoc. Albertus Mag. de adherendo Deo cap. 20. Bartholomæus à Martyr. 2. par. compendij c. 11. ibi: *Festinetq; ad Sancta Sanctorum, & ad internum illud silentium, in quo non humana, sed diuina dumtaxat est operatio, ibi enim Deus ipse est agens, homo vero patiens.* P. Balthasar Aluarez relatus à Ludou. de la Puente in eius vita c. 13. P. Thom. de Villanueva in Cant. supra illa

illa verba: *Capite nobis vulpes paruulas.* Noster Hieronymus à Matre Dei in annotationibus ad cap. illud 6. modò citatum Sanctæ Matris nostræ THERESIÆ, noster Didacus à I E S V vbi supra, & communiter S. Patres, ac Doctores Mystici.

Quæ etiam locutio non parum fundamentum habet in Scriptura Sacra: etenim Psal. 36. vbi vulgata nostra habet: *Subditus esto Domino, & oratum,* est in Hebræo, *tace Domino, & expecta eum.* Vbi id, quod per verbum tacendi significatur, nequaquam repugnat à ceteri orandi, imò vtrumque coniungitur, quia taciturnitas illa, seu silentium in sensu supra explicato sumitur, quod adhuc clarius exprimitur Eccles. 32. vbi dicitur: *Audi tacens: & pro reuerentia accedet tibi bona gratia.* Et in eodem sensu dicebat Samuel ad Deum. *Loquere Domine, quia audit seruus tuus.* 1. Reg. 3. num. 10. quæ locù ad hoc propositù bene explicuit Mysticus N. D. l. 3. Ascen. Mont. Carm. c. 2. §. VII.

Nomen somni, & mortis Scriptura, & Patrum testimonij confirmatur.

IMO non solum silentium, sed etiam somnù appellatur à Patribus, & Doctores Mysticis huiusmodi contemplatio, vt sic eius quies magis denotetur, quam locutionem ex ipsamet Scriptura Sacra de promptu Mysticus noster Doctor cap. 14. Ascen. Mont. Carmel. explicans illud Cant. 5. num. 2. *Ego dormio, & cor meum vigilat.* His verbis: *Quamuis enim potentiarum Anima harmonia & concentus cesset, ipse tamen intelligentia ad eum se modum habet, sicuti exposuimus: & idcirco sapiens sponsa tacita sua hac de re obiectioni respondit dicens: Quamuis dormiam ego secundum id quod naturaliter mihi competit ab operatione desistendo, meum tamen cor vigilat supernaturaliter ad noticiam supernaturalem eleuatum &c.*

Quæ etiam locutio somnij habetur in eodem Cantico. lib. cap. 3. nu. 5. vbi sponsus cernens animam sibi dilectam in hac quieta contemplatione positam, ac veluti dormientem sic loquitur: *Adiuo vos filie Hierusalem per capreas ceruosque camporum ne suscitatis, nec euigilare faciatis dilectam donec ipsa velit.* Quem locum ad hoc propositum optime explicat Mysticus noster Doctor in lib. qui inscribitur, *Flamma Amoris viua,* Cant. 3. vers. 7. §. 11. his verbis: *Quanti Deus faciat tranquillitatem istam, vel consopitionem seu annihilationem sensus, optime ex illa tam notabili efficacique aduratione, quam fecit in Cantico apparet, dum ait: Adiuo vos filie Hierusalem per capreas ceruosque camporum, ne suscitatis neque euigilare faciatis dilectam, donec ipsa velit.* Quibus verbis significatur quantum obdormitionem solitariamque obliuionem amet, quandoquidem solitaria hac, & recessui dedita animalia interponit &c.

Ex quo statim infer, quam reprehensione, digni sint illi, qui animam in hoc somno contemplationis relinquere nolunt, quasi in illo inuiciliter tempus consumat, & eam ad alios actus discursiuos minusq; perfectos excitant. Vnde cõtra hos spirituales Magistros sic subiungit. *At spirituales isti Magistri nolunt quiescere animam; sed laborare semper, taliterque operari, vt non præbeat locum operationi diuina.* Et post pauca iterum addit. *Verum fortassis homines isti bono ducti celo in errorem labuntur, eo quod eorum scientia non se amplius extendat. non tamen propterea excusati sunt dum consilia temeraria dant, non intellecta prius via spirituales quo anima diuinitur: quod si illius noticiam non habent, cur rudem suam manum res*

B.
Joannis
à Cruce

Opera
mystica

NVI
129

quam ignorant, adhibere non verentur, nec tales animas ad eos, qui melius eas intelligant, & dirigant, transmittunt? Nec enim exigui res est oneris & culpe in causa esse, ut inasestimabilem bonorum iacturam faciat anima ob inepta consilia, imo & tota pessum eat &c.

44. Eundem sensum tribuit eisdem Cantorum verbis Venerabilis ille Pater Balthazar Aluarez in relatione suis superioribus facta, circa suum orationis modum, quam refert citatus Pat. Ludouicus de la Puente cap. 13. suæ vitæ, ubi de hac quietâ contemplatione loquens sic ait. *Ista quies videtur esse somnus ille, quem Deus præcipit habere animas in Canticis: Adiuro vos filiæ Hierusalem ne suscitatis, neque euigilare faciatis dilectam quoad usque ipsa velit. Respondet Sponsa: vox ista, Dilecti mei est: talis buccella, tam secunda, ac dulcis ab ipsius solummodo manu provenire potest, &c.* Quam explicationem prius tradiderant D. Bernard. ferm. 52. in Cant. Anselmus, Rupertus, & D. Thom. super eundem locum, qui omnes Patres eadem somni locutione ad hoc propositum vsi fuerunt.

45. Eadem somni locutione vitur San. Mat. nostra THERESIA cap. 19. suæ vitæ in principio, & cap. 5. & 6. libri, *Conceptus amoris Divini &c.* in Cant. & in annotationibus ad illud cap. 6. noster Hieronymus à Matre Dei. Præterea Ricardus in Psalm. 4. pluresque alij Doctores, quæ etiam locutio fundamentum habet in eo, quod dicitur Gen. 2. *Misit Deus soporem in Adam*, ubi alij legunt, *Misit Deus extasim in Adam*, intelligentes per illum soporem, seu somnum, sublimem quandam contemplationem, sic namque interpretantur illum locum D. Ambrosius lib. 2. de Iacob. D. Gregorius lib. 4. moral. cap. 30. Chrysostomus homil. 17. in Genes. Isidorus lib. 7. ethimologiarum cap. 8. & alij expositores, quibus quoad prædictam locutionem consentiunt B. Thomas de Villanueva in Cant. fol. 123. pag. 1. col. 1. relatus à Magist. Basilio Legionensi in Defensorio citato, propositione sexta, & Suarez lib. secundo de oratione cap. 12. num. 3.

46. Imo D. Bernardus ferm. 55. in Cant. non solum nomen somni huic contemplationi tribuit, sed etiam nomen mortis, quo etiam loquendi modo vsus fuit D. Gregorius lib. 6. moral. cap. 17. Sancta Mater nostra THERESIA cit. cap. 6. in Cant. & ex Dico Dionysio idem asserit Divus Bonavent. itiner. mentis in Deum, cap. 7.

§. VIII.

*Annihilationis nomen, & locutio ex Sacra Scriptura,
& Sanctis Patribus confirmatur.*

47. **T**ANDEM propter easdem rationes nomine annihilationis ad ipsam explicandum frequenter vtuntur sancti Patres, & Doctores Mystici, non quidem, quia existiment animam suam esse naturale amittere. & quoad illud in nihilum redigi, sed quia suum naturalem, & ex propria inquisitione operandi modum amittit, ut in Deum per amorem transformetur, modumque valde superiorem, & diuinum operandi habeat, ad eum modum quo de semetipso dicebat Paulus, *Vtuo ego, iam non ego: sed verò in me Christus.*

Accedit etiam, alia ratio desumpta ex eo, quod dum anima in contemplatione, id quod

quod ex se habet in conspectu diuinæ maiestatis cognoscit, ac semetipsum Deo comparat, statim se tanquam nihilum ante Deum reputat, iuxta illud: *Omnes gentes, quasi non sint, sic sunt coram eo. & quasi nihilum, & inane reputatae sunt ei.* Isai. 40. n. 17. suamque vilitatem cognoscens, ita se Deo submittit, ac semetipsum humiliat, vt se annihilare videatur, iuxta illud Pauli ad Philip. 2. *Semetipsum exanimauit formam serui accipiens.*

Iuxta hos ergo sensus verissima est hæc locutio, qua frequenter vtuntur S. Patres, vt Nazianzen. orat. 17. Tertul. lib. 3. contra Marcionē, Bernard. ser. 71. in Cant. Rusbrochius de vera contempl. c. 64. S. Vicentius Ferrer in libello de vita spirituali, vbi inter duodecim res, quas pro vita spirituali assequenda assignat, quarto loco numerat sui ipsius annihilationem, Dionys. Carthus. de fonte lucis, art. 17. vbi ad hoc propositum explicat illud Ps. 72. n. 22. *ad nihilum redactus sum, & nesciui.* Henricus Arphiusli. 3. Mystice Theologie par. 3. c. 23. Rosignolius l. 5. disciplinæ Christianæ perfectionis c. 24. Alvarez de Paz to. 2. de vita spirituali l. 4. de effectibus humilitatis p. 4. c. 6. in fine, noster Didacus à Ies v loco sæpè citato, discursu 1. pluresque alij Doctores.

48.

§. IX.

Conclusio totius capituli.

EX quibus omnibus satis superque constat sensum harum locutionum, prout à Mystico N. Doctore, alijsq; Sanctis PP. Doctoribusq; Catholicis iam citatis habentur, esse longè diuersum ab eo, quem in similibus locutionibus intèdunt hæretici, qui Illuminati dicuntur, imò & illis contrarium, vt manifestè constabit conferendo has locutiones, iuxta earundè sensum à prædictis Doctoribus intentum, & à nobis declaratum, cum similibus locutionibus, iuxta sensum prædictorum Illuminatorum, quem supra in 1. parte, huius Elucidationis cap. 8. ex Rusbrochio, & alijs proposuimus, quem etiam erroneum sensum Illuminati huius ætatis sequuntur.

49.

Vnde ad iudicandum de his locutionibus, nequaquam ad externum dumtaxat earum sonum attendendum est, nec ex eo, quod aliquibus ex his vocibus, v. g. otij, quietis, annihilationis &c. prædicti hæretici ad suos explicandos errores abutantur, statim huiusmodi locutiones tanquam suspectæ, vel erroneæ reijciendæ, ac damnandæ sunt in alijs Doctoribus Catholicis, in quibus ex ipsomet eorum contextu, & declaratione antecedentibusque, & subsequentiis, constat longè diuersum, imò & contrarium sensum habere, siquidem multoties contingere solet, vt eadem locutio quoad externum sonum, quæ ab hæreticis frequenter vsurpatur, in Doctoribus Catholicis, imò & in ipsamet Scriptura S. habeatur, propter diuersam tamen cõtextus seriem Catholicum, & verissimum sensum obtineat, vt supra 1. parte Elucidationis cap. 3. per totum, & cap. 9. à num. 10. fufe ostendimus.

Vnde cum euidenter ostensum sit prædictas locutiones apud Mysticum nostrum Doctorem esse omnino liberas ab erroneo hæreticorum sensu, imò illis aduersari, eundemque obtinere sensum, quem apud Ecclesiæ Patres, & Doctores Catholicos obtinet, nulla ratione possunt in illo damnari, vel tanquam suspectæ haberi, nisi eodem prorsus modo apud Sanctos Ecclesiæ Patres reliquosque Doctores Catholicos damnentur, vel suspectæ habeantur, quæ tamen suspicio de tot Ecclesiæ Patribus proculdubio impia esset.

I

CAP. V.

B.
Joannis
à Cruce

Opera
mystica
NVI
124

CAPVT V.

QVINTA PROPOSITIO ELVCIDA-
tur, eiusque doctrina simul, & loquendi modus
Sanctorum Patrum testimonijs illu-
stratur.

1. QVinta deinde propositio, quæ in Venerabili Parente nostro ab aliquibus notata fuit, habetur lib. 2. Ascens. Mont. Carmeli cap. 31. vbi sermonem instruens de locutionibus substantialibus, quibus Deus ad animam loquitur, sic habet. *Quantum ad hæc verba attinet, nihil est quod agat anima, aut ex seipsa tunc velit nec conetur, sed humiliter dimittat, & resignat am illi exhibeat, liberum suum a sensum Deo præbendo: Nec est cur respiciat, aut vereatur, aut in exequendis ijs, quæ præscribunt labores; Deus enim ipse istis substantialibus verbis idipsum in ea & cum ea operatur, quod secus in formalibus & successivis accidit. Nec est, (vt dixi) quod hic rejicere conetur: effectus quippe eorum substantialis, vt sic dicam, divinisque virtutibus in anima manet: quem quoniam passivè recipit, universus eius conatus minor est: nec est quod aliquam deceptionem vereatur, nam neque intellectus, neque cacodamon sese immiscere huic rei queunt &c.*

Vt clarius circa huius propositionis Elucidationem procedamus, eam in quatuor partes secabimus. Prima est, in qua asserit Mysticus noster Doctor dari huiusmodi locutiones internas substantiales. Secunda est in qua docet, quod tunc non oportet animam laborare in exequendo eo, quod per huiusmodi locutiones significatur, quæ medijs his locutionibus substantialibus id Deus in ipsa, & cum ipsa operatur. Tertia est, non oportet quod tunc anima aliquid agat, sed solum quod habeat se in illis com resignatione, & humilitate, præbendo liberum suum consensum Deo. Quarta tandem est, quod tunc non debet timere aliquam deceptionem, eo quod nec malignus spiritus, nec proprius possunt se se in hoc immiscere.

Quoad omnes igitur has partes verissimam esse hanc propositionem, eiusque doctrinam, & locutionem frequenter apud Sanctos Patres, & Catholicos Doctores haberi, manifestè ostendemus, per singulas enumeratas partes suo ordine discutendo.

§. I.

Prior pars propositionis illustratur, & Sanctorum
Patrum testimonijs corroboratur.

2. QVoad primam igitur partem, dubitari non potest huiusmodi locutiones substantiales, distinctas ab his quas Mysticus noster Doctor formales tantum appellat.

pellat, reperiri; huiusmodique distinctionem in eo consistere, quod locutiones substantiales semper operantur, & imprimunt in anima id, quod significant, ita scilicet, ut si diceret Deus ipsi animæ: *Esto iusta*, statim esset iusta, vel si diceret illi, *prosequere me amore*, statim hunc amorem in se ipsa sentiret, vel si illi diceret: *Ne timeas*, statim magnam tranquillitatem, & fortitudinem in semetipsa experiretur; hanc autem infallibilem operationem, & effectum aliarum locutiones formales tantum, omnimodè verò substantiales, non obtinent: sed solum intellectum de agendis illustrant: etenim doctrinam, & distinctionem hanc, quamvis ad aliud propositum expresse docet Divus Thomas secunda secundæ quæstione 76. articulo 1. ubi sic inquit: *Dicere autem, tripliciter se habet ad id quod dicitur: vno modo per modum enunciationis, sicut aliquid exprimitur modo indicativo, alio modo dicere se habet ad id quod dicitur per modum causæ, & hoc idem primum, & principaliter competit Deo, qui omnia verbo suo fecit, secundum illum Psalm. 32. dixit, & facta sunt. Sed clarius, & expressius ad propositum nostrum docet in proprijs terminis doctrinam hanc Div. Bernardus serm. 45. in Cant. sic inquit: *Verbi lingua sautor dignitatis est, anima verò, devotionis seruer; cum huiusmodi linguam suam verbum movet, volens ad animam loqui, non potest anima non sentire, &c.* Et infra subiungit: *Verbo ergo dicere anima pulchra est, & appellare amicam, insindere est, unde amet, & se presumat amari. Unde concludit: Itaque locutio Verbi infusio doni, responsio anime cum gratiarum actione, admiratio, &c. Quid clarius, & ad rem nostram expressius?**

Id ipsam expresse docet Sancta Mater nostra THERESIA, Mansionem 6. cap. 3. ubi de his locutionibus sermonem instituens, inquit: *Certiores porro qua hic haberi possunt nota meo iudicio, sunt ista. Prima ac præ cæteris vera est, dominium & potestas illa, quam ipse secum fert, quod scilicet loquatur simul & operetur. Clarius me explicabo. Versatur, verbis gratia, anima quadam in omni tribulationis, angustia & pressura interioris, quam dixi genere: intellectus adhuc illi penitus obscuratus est, magnaque eam occupat aviditas; & ecce vel unica harum allocutione exempli gratia solum dicendo: *Noli affligi*, mox omnis pressura discutitur, summaque vnde quaque luce perfunditur: adeo ut omnis illa pœna, quam ei (ut quidem videbatur) non mundus vniuersus, neque quidquid doctorum hominum est, si ad rationes, ob quas non deberet, ei proponendas conuenissent, excimere ac dimouere, quantumcumque denique ad id contenderent potuissent, id momento euanciscat & afflictio illa prorsus cesset. Multum deinde affligitur, quod Confessorius & alij nonnulli ei dixerint spiritum satana esse, à quo ipsa dirigitur, vnde ipsa penitus confertata, ingenti timore percellitur, & ecce, vel unico verbo quod ei dicitur, *Ego sum, noli timere*, in momento fugit omnis afflictio & ingenti consolatione in animo persuasa, prorsus serenatur, adeo ut nullus tanta sibi futurus videatur eloquentia, qui, ut aliud id esse credat, sibi persuadere possit. Denique ob gratia quadam negotia valde anxiosa, & afflictiva est, quod quæ eorum sit futurus euentus ignoret, audit sibi dicentem ut quiescat & tranquilla sit, etenim felicem vniuersa successum habiitura, vnde valde certa ac secura redditur, nullamque exinde anxietatem sentit. Atque ita de alijs plurimis id generis rebus &c. Et cap. 25. suæ vitæ sic etiam de hac re loquitur: *Cum ergo in magna illa anxietate constituta essem, hæc sola verba nimis quam sufficientia fuere ad illam asserendam, mentemque meam omni nubilo discussa, serenandam: Filia noli timere; ego enim sum, & non deferam te, noli timere. Putabam sane (ut quidem me diffosam vidi) vel de longo tempore opus esse, ad mihi persuadendum, ut mentem ego meam ad quietem imponerem, & neminem sufficientem ad hoc eloquentiæ & ingenium adferre posse: ecce sola verba hæc,**

B.
Joannis
à Cruce

Opera
Mystica
NVI
128

is a me sermians, corroborans, animans, securum reddunt, quietant & illuminant, vt animam meam in momento plane immutatam viderem, & aliam, & contra vniversum mundum distantem, rationibus euicissem Deum esse, qui in me operaretur. O quam bonus Deus est: verba eius sunt opera, vnde ita mecum ipsa dicebam, quis est hic, cui omnes potentie mee ita obediunt, & qui vnico momento, tam spissis in tenebris lucem serenitatemque adfert &c. Idemque repetit cap. 26. & 30. huius vitæ.

4. Id ipsum docet D. Bonauentura itiner. secundo æternitatis dist. 7. vbi ex D. Bernardi doctrina sic loquitur: Vide quoniam Verbum Dei, quod egreditur de ore Dei, non trahitur ad Deum vacuum, sed prosperatur & facit omnia ad qua misit illud; vt dicere populo & gratia Dei in me vacua non fuit. Consonat Beatus Thomas de Villanueva in Cant. fol. 124. colum. 1. in fine sic inquit: Quod etiam in hac vita in Sanctis impleri existimo, quando non iam per Scripturas, sed per seipsum loquitur os, & impletur, quod scriptum est, erunt omnes docibiles Dei, Cum sic Spiritus loquitur omnis litera fastiditur. Quam etiam doctrinam de locutione Dei operatiua, & effectiua, seu infusiva docet Diuus Gregorius lib. 2. Moralium cap. 4. ibi: Respondere ergo Dei, est eorum mentibus libenter expectandi moras infundere. Noster Ioannes à Iesv Maria de Mystica Theologia cap. 8. Suarez libro secundo de oratione, cap. duodecimo, numero 21. Antonius Fernandez de visionibus Prophetarum, præludio 3. numero 3. Venerabilis Doctor Ildephonus de Orosio in lib. de meditatione & contemplatione, folio 138. pagina 1. columna secunda, Magister Basilius Pontius Legionensis in Defensorio citato, propositione. 5. & plura alij.

5. Quod autem attinet ad terminum illam, substantiali locutio, satis vtitur, & communis est huiusmodi terminus, ad significandas res, quæ & si physicè loquendo, substantiam physicam non importent, tamen sunt magni ponderis, & momenti, desumpta similitudine à substantia physica, quæ respectu accidentium quid firmum, & solidum importat, rationemque entis simpliciter obtinet; accidentia vero comparatione illius debilia, & multò minoris momenti, ac non nisi entia secundum quid sunt, & idèò quoties volumus significare aliquid valde solidum, & magni momenti, dicere solemus, illud esse valde substantiale; e contra vero ad significandam rem minime momenti, parumque solidam solemus eam accidentale appellare: quia ergo huiusmodi locutiones sunt magni momenti, & perfectissimæ, eo quod effectum magni ponderis, quem significant, re ipsa in anima, siue immediatè siue mediatè operentur, idèò meritò ad id significandum substantiales locutiones appellantur, quamuis in eis accidentibus, cuiusmodi sunt species intelligibiles, actusque vitales potentiarum ete-
reantur.

6. Quem sensum ipsemet IOANNES noster satis explicuit, dum in eodem capite 30. apponens exemplum huiusmodi locutionum substantialium, & in quo hæc ratio substantialitatis, vt sic dicamus, consistat, explicans, sic inquit: Itaque licet certum sit omne substantiale verbum esse etiam formale: non tamen propterea omne formale verbum substantiale est, sed solummodo illud, quod (sicuti superius diximus) vere realiterque illud imprimat in anima quod significat. Vt si Dominus noster formaliter diceret anima, Sis bona, illud substantiale foret bona; vel si diceret. Dilige me, confestim in se amoris substantiam haberet; & sciret, qui est verus Dei amor, &c. Ecce qualiter substantiam amoris, non pro substantia phy-

fica, sed pro vero amore sumit, quamvis alias, physicè loquendo, amor accidens sit, iuxta quem etiam sensum, alius terminus huic similis, nempe, essentialis, sumi solet.

Iuxta hunc ergo sensum valde vsitata est hæc locutio. Sanctus namque Dionysius cap. 2. de diuinis nominibus, & ibidem D. Thomas lect. 4. virtutes substantificas appellat, D. etiam Bonauent. in soliloquijs cap. 4. vocat contemplationem, *Gaudium substantiale*, plures etiam alij, vt Suarez tom. 2. de Relig. lib. 2. cap. 6. & 8. veram deuotionem, substantialem appellant, Thaulerus quoque sermone 2. Dominicæ 18. post festum Sanctissimæ Trinitatis, amorem valdè perfectum, essentialem nominat, & in hunc modum plures aliæ locutiones frequenter reperiuntur, & in communi vsu loquendi vsurpantur.

Alia etiam de causa locutiones istæ, substantiales dici possunt, quamvis non in ipsa animæ substantia, sed in eius potentijs exerceantur, quia scilicet fiunt valdè intimè, & cum minori dependentia ab externis sensibus: quia ergo substantia, seu essentia rei est maximè intima in vnaquaque re, idè ad explicandam hanc intimitatem huiusmodi locutionum, independentiamque ab externis sensibus, meritò locutiones istæ substantiales dicuntur.

Accedit deniq; alia ratio, quia sc. huiusmodi locutiones, propter suam perfectionem, participant aliquando modum illum, quo substantijs immaterialibus Deus loquitur, necnon, & assimilantur magis visioni beatificæ, vt docet D. Thom. 2. 2. q. 174. art. 2. & Suarez tractat. de fide disp. 8. sect. 5. num. 6. cumque per visionem beatificam Dei substantia & essentia cognoscatur, idè ad perfectionem huiusmodi locutionum, quæ magis prædictæ visioni assimilantur, explicandam, terminus ille, substantialis locutio meritò eis applicatur. Vnde modum hunc loquendi approbauit citatus Magister Basilius Legionensis loco citato, & re vera iuxta prædictos sensus, qui latis vsitati sunt, maxime verò primus, non potest non approbari.

§. II.

Secunda propositionis pars elucidatur, & ex communi doctrina confirmatur.

QVO ad secundam verò partem, quæ asserit non oportere tunc animam laborare in exequenda re, quæ per talem locutionem significatur, eo quod ipse Deus tem illam in ipsa anima, & cum ipsa operatur.

Verissima est hæc propositio, constatque ex dictis circa infallibilem efficaciam, & operationem huiusmodi locutionum, hac enim stante certum est, quod sine villo labore animæ, accipiet ipsa effectum huiusmodi locutionum.

Per hoc autem quod excludatur labor, nequaquam excluditur operatio, vt constat ex dictis circa propositionem præcedentem à num. 14. & etiam ex ipsismet verbis Mystici nostri Doctoris, in hoc eodem loco siquidem asserit: *Habeat se cum resignatione & humilitate in illis, dando suum liberum assensum Deo &c.* Resignatio enim, humilitas, & liber consensus, operationes ipsius animæ manifestè exprimunt, & statim sub-

B.
Joannis
à Cruce

Opera
Mystica

NVI

129

subiungit rationem, quare ipsa non debet laborare. Cum istis siquidem verbis substanti-
libus operatur Deus in illa & cum illa &c. Vbi cum illa. &c. cooperationem ipsius animæ
videnter ostendit.

Imò etiam tunc dari operationes meritorias docuit Mysticus noster Doctor loco
supra c. præcedenti citato num. 6. ex li. *Flamma amoris viua*, Cant. 1. vers. 2. necnon, &
in præfenti testimonio, dum liberum consensum admittit, libertate namque con-
cessa statim meritum subsequitur.

9. Vnde, generaliter loquendo, huiusmodi locutiones Dei ad animam non fieri
sine perceptione, & operatione vitali ipsius animæ, eo quod in quadam illuminatio-
ne, & inspiratione consistant, docent optimè D. Gregor. lib. 28. Moral. c. 2. & sequen-
tibus. D. Bonauen. itinere 5. æternitatis dist. 2. D. Thomas 2. 2. quæst. 172. artic. 3. Cal-
siodorus in prologo super Psalmos cap. 1. Curiel controvertia vnica, super illud ad
Hebræos multifariam multisque modis, &c. art. 2. difficultate 3. num. 48. Antonius
Fernandez de visionibus præludio 1. & 3. Suarez lib. 2. de oratione cap. 12. num. 21.
vbi rem hanc bene explicat pluresque alij.

§. III.

*Elucidatur & confirmatur tertia propositio
pars.*

18. DEINDE quoad tertiam partem, quæ assertit tunc non oportere animam aliquid
agere, sed solū habere se cum resignatione, & humilitate præbendo suum libe-
rū consensum Deo, verissima est etiā hæc propositio, cuius sensus patet etiam ex di-
ctis eodem modo sicuti, & sensus præcedentis, siquidem nequaquam omnem animæ
operationem vult excludere, cum expressè in hoc eodem loco eam constituat, ut
modo perpendimus, & in alijs etiam locis in elucidatione præcedentis propositio-
nis citatis, eam etiam multoties statuat, sed solum vult excludere operationem pro-
priam in sensu, quem ex communi SS. Patrum & Theologorum Mysticorum do-
ctrina, & testimonijs, circa propositioem præcedentem explicuimus.

22. Vnde locutiones hæc in silentio ipsius animæ in sensu dicto fieri optimè docuit
Venerabilis ille Antistes Bartholomæus à Martyribus in 2. parte compendij cap. 11.
inquiens: Nam dum vires anima silent, & à propria actione quiescunt, Deus ipse loquitur, & ipse
mentis vires pro libero disponit, & afficit, nobilissimum opus in ea peragens, &c. Quod etiam in-
dicare voluit Samuel 1. Reg. 3. n. 10. dicens ad Dominum: Loquere Domine quia auditus
seruus tuus Exprimiturque in illo Ecclesiast. 32. Audi tacens, & pro reuerentia accedes tibi bona
gratia, ut supra p. opol. 4. n. 41. explicuimus: & idèd huiusmodi cessatio ab operatione
simul appellatur silentium, & clamor, seu clamor silentij, ut bene notauit citatus
Antonius Fernandez præludio illo 3. num. 1.

Ex quibus satis superque constat quantum distet, imò expressè aduertitur hæc
doctrina & locutio ab errore hæreticorum asserentium, nos absq; cooperatione nos-
tra iustificari: in quo tanquam in re manifestissimè ex dictis, tam circa hanc, quam
circa præcedentem propositioem demonstrata, amplius immorari non oportet.

§. IV.

*Vltima propositionis pars elucidatur, & ex communi
Theologorum doctrina confirmatur.*

DENIQUE quoad vltimam partem, quæ afferit, quod in his locutionibus non habet quis aliquam deceptionem timere, eo quod nec malignus spiritus, nec proprius possunt sese in illis immiscere, verissima est etiam hæc propositio, & cõformis communi Theologorum doctrinæ, tum quia iuxta illam certum est, non posse Diabolum intellectum immediatè illuminare, aut illi in illo, sed solum per aliquã imaginariam visionem, aut etiam sensibiliter loquendo, & idè in visionibus seu locutionibus merè intellectualibus non potest sese immiscere, vt expressè docent D. August. lib. 2. de Genes. ad literam cap. 13. in fine, & cap. 14. in principio D. Thom. 2. 2. quæst. 172. artic. 5. ad 2. & ibi Caietan. Curiel controuert. 1. super illud ad Hebræos multifariam multisque modis artic. 2. numer. 63. Tyreus de Apparitionibus lib. 4. capite 15. & 16. Suarez libro secundo de Angelis cap. 25. num. 9. & lib. 6. cap. 16. & in tract. de fide disp. 8. sect. 7. Antonius Fernandez de visionibus præludio 3. Magister Basilius Legionensis loco citato propositione 7. & plures alij.

Vnde quoties si si animæ manifestatur, prædictas locutiones esse mere intellectuales, & spirituales, statim etiam cognoscit esse omnino liberam ab illusione Dæmonum, & idè prædictas illusiones non potest tunc timere, vt ex modo dictis euidenter deducitur, optimeque docet Sancta Mater nostra THERESIA Mansionè 6. cap. 3. ibi: *Quod in minima anima parte fiat, tam clarè anima sua aurius ista verba, & ipsum me Dominum in secreto sibi loquentem se audire putat, vt hic ipse ea audiendi modus, accedentibus etiam operationibus, quas hæc ipsa visio operatur, securam, ac certam eam faciat, nullum diabolo hic posse locum esse &c.*

Cum quo tamen optimè cohæret, quod aliquando quamuis Deus ad animam loquatur, ipsa tamen non omninò certo, & euidenter id cognoscat, nec plenè discernat, an sit spiritus Dei, vel spiritus malignus, vel etiam spiritus proprius, sed id ex quibusdam signis, & coniecturis colligere debeat, vt docent, & exemplis confirmant D. Gregorius homilia 1. in Ezech. D. Bonavent. de processu Relig. cap. 18. D. Thom. 2. 2. q. 171. art. 5. & q. 173. art. 4. afferens, quod tunc non reperitur vera prophetia, sed solum instinctus propheticus, qui est quid imperfectum in genere prophetiæ. Docent etiam Suarez tract. de fide disp. 8. sect. 4. Curiel vbi supra art. 2. Santius in lib. 2. Reg. cap. 7. versiculo 4. num. 6. Cornelius in Isai. in præmio fol. 9. Aluarez in cap. 1. Isaiæ à num. 6. & plures alij.

Cæterum quamuis hoc aliquando contingat, tamen quando locutio, aut visio est perfecta, hanc incertitudinem non relinquit, sed affert secum omnimodam certitudinem, imò, & euidentiam, quoad *an* est de Deo reuelante, vel loquente, & de veritate rei reuelatæ, vt reuelata est, quæ excludit omne dubium, vel suspensionem, an aliunde scilicet, vel ex spiritu maligno, vel ex proprio procedat, vt docet Augustinus lib. 2. super Genes. ad literam cap. 17. & lib. 2. cap. 19. D. Athanasius de passione Domini, D. Hieronymus Isa. 1. D. Basilius præfatione in Isaiam, & Isai. 1. & homil. 1. in Palm. 28. & D. Thomas 2. 2. quæst. 171. artic. 5. in corp. & quæstio. 12. de verit.

12.

13.

14.

B.
Joannis
à Cruce

Opera
mystica
NVI
.128

verit. art. 1. ad 4. & quæst. 173. art. 4. & in eisdem locis, Caietanus, necnon & Curiel vbi supra artic. 2. difficultate 2. Suarez tract. de fide disp. 8. sect. 5. & tituli. de gratia prolog. 3. capite 5. num. 22. Cornelius in proæmio in Iſaiam, estque communis Theologorum sententia.

16. Quæ locutiones sic perfecte non solum personis publicis, sed etiam particularibus valde familiaribus, & amicis Dei fieri solent, vt constat ex communi doctrina Theologorum, qui id tanquam certum supponentes, vertunt in dubium, an fides diuina, per quam persona particularis assentitur huiusmodi reuelationibus, sit eadem cum fide communi, & Catholica, per quam datur assensus reuelationibus communibus pertinentibus ad mysterium nostræ fidei. Quam quæstionem tractant Caietanus, Cano, Soto, Bannez, Valencia, Zumel, Belarm. Aragon, Salmeron, quos refert Suarez disp. 3. de fide sect. 10. & Aluarez in Iſaiam capite 1. versiculo 1. num. 8. & in ea quæstione vtraque pars est satis probabilis, & vtraque supponit id, quod modo dicebamus, scilicet eura, cui fit prædicta reuelatio, aut locutio, siue sit persona particularis, siue publica, & siue res reuelata pertineat ad commune bonum Ecclesiæ, siue ad aliquid aliud particulare bonum posse habere omnimodam certitudinem, atque ad eodè euidentiam quo *ad anesit* de reuelatione diuina, seu de Deo vt reuelante, quæ excludat omne dubium, vel suspitionem an aliunde, vel scilicet ex maligno spiritu, vel ex proprio talis reuelatio proveniat contra quod nulla ratio alicuius momenti reperiri potest, vt bene, & late probat Curiel controuers. citata art. 2.

Vnde plures ex huiusmodi reuelationibus fuerunt factæ aliquibus personis particularibus valde familiaribus, & amicis Dei, vt de D. Benedicto, de B. Catharina Senensi, de B. Brigitta, & alijs docet Curiel vbi supra art. 2. num. 44. & de S. Matre nostra THERESIA constat ex his, quæ ipsamet refert cap. 25. suæ vitæ, & Mansionis 6. cap. 3.

16. Et idem id ipsum, etiam pro personis particularibus, docent D. Gregorius lib. 28. Moral. cap. 2. & lib. 8. capite 13. & lib. 4. dialog. cap. 48. D. Augustinus lib. 3. confes. capite 11. quem ad hoc propositum refert Cornelius vbi supra fol. 5. D. Bonauent. de process. Relig. c. 20. Hugo Victorinus, quem refert, & sequitur Medina 1. 2. q. 22. in fine, B. Thomas de Villanueva in Cant. fol. 123. pag. 11. Venerabilis Antistes Bartholomæus à Martyribus 2. par. compendij § 1. Petier. li. 1. in Daniel. super illa verba: *Fuit autem Daniel vsque ad annum primum.* Cyrillus disp. de somnijs quæst. 3. Fernandez de visionibus, præludio 3. Tyreus de apparitionibus cap. 15. numer. 8. & cap. 1. & 10. late probans, & confirmans, & Aluarez tom. 1. Artis seruendi Deo lib. 2. cap. 58. num. 18. latissimeque id docuit, & explicuit S. Mater nostra THERESIA locis super citatis. Vnde propter hanc omnimodam certitudinem plures, & graues Theologi docent huiusmodi particulares reuelationes, & locutiones esse sufficientem rationem pro his, ad quos fiunt, ad assentendum illis ex fide supernaturali, & diuina. Sic notantque sentiunt Bellarm. lib. 3. de iustificat. c. 3. & plures alij quos refert, & sequitur Suarez disp. 3. de fide sect. 10. num. 2.

17. Quæ tandem omnia confirmantur, quia ex eo colligitur reuelationem, & cognitionem propheticam esse omnino certam, & infallibilem, quia visionis nomine indiget.

insignitur, ad denotandam, non minus esse certam illam cognitionem, quam visionem oculorum circa proprium, & proportionatum obiectum, vt constat ex multis Scripturæ testimonijs, in quibus huiusmodi reuelationes, visiones appellantur, & Prophetæ appellabantur communi vocabulo Videntes, vt bene notarunt Curiel citato art. 2. n. 5. Fernandez de visionibus præludio 1. Aluarez in c. 1. Iſaiæ versiculo 1. à num. 1. & alij: at aliquando personæ particulares, quibus huiusmodi reuelationes, & locutiones diuinæ fiunt, dicuntur propter summam certitudinem videre id, quod Deus ad ipsas loquitur, vt optimè docuit D. Greg. lib. 28. Moral. c. 2. S. Mater nostra THERESIA Manf. 6. c. 3. Rusbrochius de ornatu spiritali nuptiarum c. 25. Dionysius Carthusianus epist. ad Christianos Principes art. 13. D. Bonaueutura itinere 5. æternit. dist. 4. & itinere 2. dist. 5. noster Ioannes à IESV Maria de Mystica Theologia cap. 8. & plures alij: ergo ex simili locutione potest pariformiter colligi omnimoda certitudo harum reuelationum, & locutionum.

Vnde manifeste constat, doctrinam Myſtici nostri Doctoris in hac vltima parte huius propositionis, quæ assertit in huiusmodi locutionibus, non debere animam timere deceptionem aliquam, vel maligni spiritus, vel proprij, esse conformem communi doctrinæ Sanctorum Patrum, ac Theologorum, de qua proinde nullus mediocriter peritus potest rationabiliter dubitare. Quomodo autem, & per quam speciem hæc certitudo, & euidentiæ de Deo reuelante habeatur, quæstio est Theologica, quam latè, & optimè discutit Curiel citata controuers. 1. artic. 2. modum huius certitudinis & euidentiæ optimè assignans.

CAPVT VI.

ELVCIDATUR PROPOSITIO SEXTA,
Sanctorumque Patrum testimonijs illustratur.

SEQUITVR iam elucidanda sexta propositio ab aliquibus notata, quæ habetur in Libro secundo Ascens. Montis Carmeli capite 32. vbi loquens de quibusdam affectionibus, vel perceptionibus spiritualibus perfectissimis, & valde arcanis, sic loquitur.

Quorum originem & causam, à qua promanant, bonaque opera, propter qua Deus sublimis ad eos fauores tribuit, nec anima ipsa, nec qui illius curam gerit cognoscere, & intelligere queunt: non enim à quibuscumque operibus, qua anima peragere possit, nec à considerationibus meditationibusq; ipsius dependens; licet huiusmodi res sint bona dispositiones ad illa obrinenda: largitur illa Deus cui vult, & ob quam causam illi placet. &c. Pro cuius propositionis elucidatione eam in duas partes diuidemus,

B.
Joannis
à Cruce

Opera
mystica
NVI
.128

Declaratur, & confirmatur prior propositionis
pars.

- 2: **I**N priori igitur parte asserit huiusmodi affectiones, seu perceptiones spirituales, valde reconditas, & perfectas non posse perfectè cognosci, vel ab ipsa anima, quæ eis afficitur, nec à spiritali Magistro animam gubernante; & hoc verissimum est, huiusmodi namque affectionibus propiissimè convenit nomen Theologicæ Mysticæ, quod, vi sæpè in præcedentibus admonuimus, rem valde secretam, & occultam significat. Vnde doctrinam hanc docent communiter SS. Patres D. Bernardus serm. 74. in Cant. ubi sermonem instituens de introitu Dei in animam, sic inquit: *Fateor, & mihi aduentasse Verbum. & pluries, cumque sapius intraverit ad me, non sensi aliquoties cum intraverit, adesse sensi adfuisse recordor, interdum, & presentire potius introitum eius, sentire nunquam, sed ne exitum quidem, nam vnde in animam meam venerit, quoque abierit, deus eam dimittens, sed & qua, vel introierit, vel exierit etiam ignorare me fateor, secundum illud: Nesci vnde veniat, aut quo vadat, nec mirum tamen, quia ipse est, cui dictum est, & vestigia tua non cognoscuntur, &c. Et paucis interpositis subiungit: Ita igitur intrans ad me aliquoties Verbum sponsus, nullus unquam introitum suum indicijs innatescere fecit, non voce, non specu, non incessu, &c. Quam etiam doctrinam repetit idem Bernardus citatus à D. Bonavent. in lib. de quatuor mentalibus exercitijs, qui soliloquium appellatur cap. 2. inquit: Nonnunquam quasi clausis oculis bene tesu ad te inhiam, mitto mihi in os cordis, quod non licet mihi scire quid sis, &c. Consonat Hugo Victorinus ibi ab eodem D. Bonavent. citatus, sic de hac re loquens: tam nesciunt ubi se esse conspiciunt, & quasi amplexibus amoris aliquid intus tenent, & nesciunt quid sit, & tamen totis viribus tenere concupiscunt. Accedit D. Gregor. ibidem citatus inquit: tubilus dicitur ineffabile mentis gaudium, quod non abscondi, non sermonibus aperiri potest, sed tamen quibusdam motibus aperitur, licet nullis propriis exprimat, &c. Quam doctrinam approbant D. Bonavent. loco citato, Rosignol. de disciplina Christianæ perfectionis lib. 3. c. 14. Auctor traç. de via salutis apud Dionysium Carthusianum, &c.*

§. II.

Elucidatur, & testimonijs Sanctorum Patrum corroboratur secunda pars propositionis.

- 3: **D**EINDE in 2. part. huius propositionis, in qua asserit Mysticus noster Doctor huiusmodi affectiones, & perceptiones spirituales valde sublimes, & reconditas non debere ex operibus, aut considerationibus nostris, vel diligentijs, non excludit huiusmodi dependentiam, seu potius coaptationem, & convenientiam cum illis, tanquam cum dispositionibus, seu meritis de congruo, cum potius ibi expressè asserat: Licet huiusmodi res sint bona dispositiones ad illa &c. sed solum excludit dependentiam ab illis, tanquam à meritis de condigno, seu infallibilibus, & in hoc sensu, quem ipsemet Mysticus noster Doctor explicuit, verissima est hæc propositio: etenim, 128

communem SS. Patrum sententiam, & quotidianam experientiam huiusmodi spiri-
tuales affectiones aded sublimes, Deique spirituales fauores, non cadunt sub meritis
de condigno, nec dependent ex nostris diligentijs, ita vt cum eis infallibilem habeat
connexionem, quamuis negari non possit, quod merita nostra, virtutumque exerci-
tia sint optima pro illis dispositio. Cæterum independenter ab his dispositionibus
misericorditer aliquando imperfectis conferuntur, aliquando verò perfectis dene-
gantur, quod optimè notauit D. Gregor. homil. 17. in Ezech. his verbis, non enim
contemplationis gratia summis datur, & minimis non datur, sed sæpè hanc summi,
sæpè minimi, sæpè remoti, aliquando etiam coniugati percipiunt.

Vnde doctrinam hanc de independentia à meritis condignis docent communi-
ter S. Patres, & alij doctores D. Bernard. ad Fratres de Monte Dei, D. Bonauent. de
septem gradibus contemplationis, & in soliloquio supra citato cap. 2. ibi: *O anima
magnum est, quod desideras, inestimabile donum est, quod exoptas. Vnde (vt aſtino) humano studio
non potest obtineri, humano merito vix potest promereri, sed aded humilibus precibus, & à dignè
dispositis ex sola diuina pietatis concordia vix potest impetrari.* Ricard. in Cant. cap. 8. &
lib. 4. contemplat. c. 23. Cassianus collat. 4. cap. 5. D. Laurentius Iustinian. de perfe-
ctione monastica cap. 18. S. Mater nostra THERESIA cap. 12. suæ vitæ, vt ibidem
adnotauit in marginali nota sapientissimus Magister Luſius Legionens. necnon,
& in via perfect. c. 25. Beat. Thom. de Villanueva in Cant. super illa verba: *Introduxit
me Rex in cellam vinariam.* Frater Bartholomæus à Martyr. 2. p. compendij ca. 13. §. 4.
ibi: *Ad tantam gloria machinam pertingere non valet mens propria industria, Dei enim donum
est, non hominis meritum, &c.* Et cap. 13. §. 1. vbi propter hanc rationem comparat con-
templationem gratijs gratis datis, quæ non cadunt sub merito, sic inquit: *Habes
ergo pro certo in sola charitate esse regnum Dei, gratiam autem contemplationis inter ceteras gra-
tias gratis datas computato, &c.*

Id ipsum docuit S. Pater Ignatius relatus à Rosignolio de disciplina Christianæ
perfectiois lib. 3. capite 14 sic inquit: *Solus est Dei consolari animam nulla precedente
consolationis causa, cum sit hoc proprium Creatoris suam ingredi creaturam, & illam in amorem
sui totam conuertere, trahere, & mutare, causam vero precedere nullam tunc dicimus, quando
nec sensibus, nec intellectui, nec voluntati nostræ quidquam obiectum est, quod eiusmodi consolatio-
nem causare ex se possit, &c.* Quæ verba fere eodem modo reperiuntur apud citatum
Bartholomæum à Martyr. 2. 1. part. compend. c. 7. pag. 54. ac tandem id docent Blo-
sius in epistol. quadam sub finem, Suarez titul. 2. de Relig. lib. 2. de orat. c. 14. num. 5.
Molina Carthuf. tract. 2. de orat. cap. 6. §. 2. Ludquicus de la Puente in intro-
ductione ad orationem mentalem §. 11. circa finem, Basilius Legion. in Defensorio sæ-
pe cit. proposit. 3. & 7. noster Thom. à Iesu lib. 1. de contemplat. capite 9. Ro-
signolius vbi supra, Alphonsus Rodrig. tom. 1. tract. 5. de orat. cap. 18. & plures
alij.

Ex quibus omnibus constat, quantum distet, imò potius aduertetur doctrina
hæc errori hæreticorum asserentiam eum, qui contemplationi vacat, debere ab opèri-
bus bonis, etiam si cadant sub præcepto, cessare. De hoc namque, nec verbum fecit
Mysticus noster Doctor, sed solum asseruit huiusmodi spirituales affectiones valde
sublimes specialeque Dei fauores non dependere ab operibus nostris, tanquam ex

B.
Joannis
à Cruce

Opera
mystica

NVI
128

meritis de condigno, quamvis bona opera sint pro illis optima dispositio, quod communi Sanctorum Patrum Doctorumque Catholicorum consensu comprobatum est, experientiaque ipsa satis comprobatur.

C. A. P. V. T. VII.

ELUCIDATUR SEPTIMA PROPOSITIO,
Sanctorumque Patrum testimonijs comprobatur.

E. ACCEDAMVS ad septimam propositionem ab aliquibus notatam, quae habetur lib. 1. qui inscribitur *Nox obscura* &c. cap. 1. ubi sic loquitur.

Amantissima Mater gratia diuina, statim ac noua Deo inseruendi calore feruoreque, replet animam, vniuersa etiam haec illi exhibet officia. Facit enim eam dulce sapidumque spirituale lac in rebus omnibus diuinis absque vlllo suo labore reperire; in vniuersis quoque spiritualibus exercitijs, magnam consolationem & gustum: his enim praebeat illi Deus suum teneri amoris vber quae admodum tenello infanti. Hinc huiusmodi anima delicia sunt, orationi multum temporis, vel fortassis nullae etiam integras insumere, ipsius oblectamenta sunt penitenti, recreationes ieiunia, vnicuique solacia, sacramentis frui, de quibus diuinis sermones miscere. Quibus rebus omnibus quauquam magis ad efficaciam & intentionem incumbant & vacent, magnamque in his adhibeant diligentiam spirituales viri, spiritualiter solum loquendo, vtpurimum, debilitate admodum, & imperfecte sese in illa gerunt. Cum enim ad huiusmodi res, exercitiaque spiritualia moueantur suauitate illa, & consolatione quam in his reperiunt, &c...

§. I.

Verus propositionis sensus declaratur.

2. CIRCA huius propositionis elucidationem sciendum est, nequaquam sensum esse, quod incumbere spiritualibus exercitijs propter deletionem, vel consolationem spirituales in eis tepetam, sit vitiosum, vel peccaminosum. Etenim, vt dicitur D. Bonauent. tom. 1. opuscul. lib. 4. pharetrae c. 29. & 30. multis Sanctorum Patrum testimonijs ostendit, saepe vitiosus est spiritualis consolatio ad hoc, vt homines vitiosam viam ingrediantur, & in ea perseuerent. Sensus igitur huius propositionis est, quod huiusmodi voluptates, & consolationes spirituales in bonis operibus, & exercitijs appetere, & si vitiosum non sit, est tamen debilis, & imperfectus, seu minus perfectus operandi modus, quam solum Dei gloriam, & voluntatem in illis quaerere, & propter solum Deum operari, hunc autem vltimum operandi modum esse omnium perfectissimum, qui sensus ex ipsiusmet verbis Mystici nostri Doctoris satis constat.

3. Ad hunc igitur sensum, quem ipsa met exprimit, intelligenda haec propositio verissima proculdubio est, eamque communiter Sancti Patres, & Doctores, qui de rebus spiritualibus tractant, vnanimiter docent, constatque manifeste ex dictis supra cap. 1. 2. part. huius Elucidat. circa elucidationem 1. propositionis vbi plura Sanctorum Patrum testimonia adduximus ad ostendendum, quod is, qui perfecte vult operari, debet

debet excludere quæcumlibet rerum quantumuis spiritualium, quatenus ad ipsum, per proprium amorem etiam spiritualem pertinere possunt, appetitum, soliusque Dei gloriam intendere, quæ testimonia ibidem videnda sunt. Et ideo D. Tho. 2. 2. quæst. 23. artic. 6. in corpore excellentiam charitatis explicans inquit: *Charitas attingit ipsum Deum, ut in ipso sistat, non ut ex eo aliquid nobis proveniat.* Quod bene nouerat Sancta Mater nostra THERESIA, quando loco supra c. 1. n. 20. citato dicebat. *Hoc quam optime nouit Dominus, vel ipsa in grauissimam cecitatem incidit, quod nec honor, nec vita, nec gloria, nec bonum aliquid in corpore, nec in anima sit, quod me retineat, & quod nec velim nec desiderem, nec aliud e-molumentum queram præter gloriam eius, &c.* & c. 39. suæ vitæ id ipsum testatur inquit: *Verba autem, quæ identidem discere, & quidem verissime (prouis mihi quidem videtur) soleo, sunt hæc; Quid de me ipsa sollicita sum, præterquam de te Domine?*

§. II.

Alia ad idem propositum Sanctorum Patrum testimonia subiunguntur.

SED præter illa adhuc alia, ad hoc propositum placuit subiungere, & in primis D. Bernard. explicans illud Cantic. 7. *Tenui eum, nec dimittam,* comparat amorem quem in his verbis sponsa ostendit ad sponsum cum amore, quem ostendit Patriarcha Iacob, dum postquam tota nocte cum Deo, seu Angelo Dei personam representante luctatus fuerat, dixit ei, non dimittam te, nisi prius benedixeris mihi Genesis 32. quibus in verbis Iacob amorem quendam veluti mercenarium respectu Dei demonstrasse videtur, siquidem saltim pro benedictione ipsum Deum dimittere volebat; secus vero sponsa, quæ ad eum ardentem sponsum diligebat, ut adhuc pro benedictione ipsius Dei nollet ipsam dimittere, sed tenere, ipsum solum præter se ipsum, & non propter eius benedictionem, seu consolationem amans, & querens. Qui modus operandi, & amandi perfecteior est, vnde Bernardus loco citato, sic inquit: *Sponsa non vult sponsum dimittere, & forte magis, quam Patriarcha id non vult, quia nec pro benedictione quidem, siquidem ille benedictione accepta dimisit eum, hæc autem non; sed nolo inquit benedictionem tuam, sed te, quid mihi est in Cælo, & à te quid volui super terram, &c.*

Eandem doctrinam expresse docet Sancta Mater nostra THERESIA, cap. 11. suæ vitæ, sic inquit: *In primis notandum est, vnde etiam ipsa id discere audeo (longa quippe experientia id didici) animam, quæ in hac orationis mentalis via firmo cum perseverandi proposito ambulare incipit, & iam eo peruenit, ut parum curet, ac non multum propter ea exultet, aut deiciatur, quod has spiritus consolationes, & animi terneritudinem ei Dominus vel subtrahat, vel concedat; hæc, inquit animam non paruum via partem iam confecisse, & metuere non debere, ne retro respicias, esto subinde labatur, & cesset; quod adificium super firmo fundamento strui incipiat. Et certum est, amorem Dei non in effusione lacrymarum, non in his dulcedinibus, & terneritudine (esto hæc plerumque confectemur, & in hac consolationem nostram ponamus) situm esse, sed in eo, ut illi cum iustitia, animi robore, & humilitate seruiamus. In illis quippe, meo iudicio, potius quid accipimus, quam demus. Mulierculis quidem infirmis & paruorum virium, qualis ego sum, arbitror expedire, ut cum suauitate quadam, & blande conducantur, sicut me Deus modo conducit, ut aliquibus laboribus, quos*

B.
Joannis
à Cruce

Opera
mystica

NVI

128

Maiestas eius mihi imponere voluit ferendis par sim, sed dum illius tres seruos Dei, viros magnos & a-
choritatis, & doctrina & ingenij magnificere video, quod nullam à Domino sensualem deuotionem
accipiunt, graue mihi id est audire. Non dico autem, vt eam non accipiant, si quando illam Domi-
nū largitur, aut non magnifaciant (tunc quippe Maiestas eius videbit illis eam expetere) sed ne, cum ea
carent, sese discerent, aut ideo eam minime sibi necessariam esse existiment, quod eius Maie-
stas non det, discant vero sui ipsorum Domini & Victores esse. Credant oportet insignem hanc ar-
tem esse (experta hoc ego sum & vsu obseruaui) nec non quandam imperfectionis speciem deniq; nec
cum libertate spiritus, sed cum pusillanimitate in certando procedere. Id ipsum docet eadem
S. Mater c. 39. l. vi. & l. mansionum mansione 2. c. 1. Quod etsi adhuc alias dicit, huius-
modi iterum repeto: nimirum vt qui primum incipit, hic non nisi delicias & consolationes esse que,
aut sibi fingat, hoc namque nimis humile & infirmum tam pretiosi, & magni edificij fundamen-
tum feret, &c. Hoc idem mansione 4. cap. 2. repetit.

6. Accedit D. Bonauentura de 7. processu Relig. cap. 20. vbi sic habet: Sunt etiam qua-
dam sensibiles dulcedines, & suauitates experientia, qua deuotis quandoque infunduntur, que non
vera sint, & à Deo, possimus existimare, quod dentur quibusdam nouis, & rudibus, qui spiritualia
nondum lucide intelligunt, vt saltem per sensibilia consolentur in Domino, qui veritatem patre spiri-
tualium non cognoscunt, in quibus maior vis est, & certior veritas, & fructuosior profectus, & su-
rior perfectio, & post pauca subiungit: Sciendum quod aliqui seducuntur in eis, & putant esse
aliquid magnum, quod in se nullius est meriti, &c.

7. Consonat Ioan. Rusbroch. quili. de vera contemplatione c. 69. hæc habet verbis.
Precipit etiam nobis, vt absque vlla mercedis contemplatione ipsum supra nosmet ipsos, & omnia, in-
tentione, ac amore prosequamur: charitas enim primum est, & vita eterna, in aequo sine aliquo re-
spectu, vel reflexione amare debemus, amare enim ea de causa, vt vicissim amemur, natura est, & a-
moris inordinati, Et inferius subiungit: Multo que gratius nobis esse debet credere, sperare, atque
considerare illi, quam de vita eterna esse certos, atque securos, precipit quidem nobis, vt se eternis de-
gamus, non autem precipit, vt mercedem eligamus (& post pauca addit) qui boni sunt, hoc in casu
est voluntas Dei, quam sui ipsorum, malent que esse apud inferos cum voluntate Dei, quam in casu
volente Deo. Et lib. 2. de ornatu spirituali, nuptiarum c. 30, eandem habet doctrinam
verbis. Christus in homine istiusmodi desolato libra aequamentū, vel æquilibrium obinet: sine cuius
dulcedine eum afficiat, vel amarum, siue lucem infundat, vel premet tenebrarum, siue quidquid æquum illi
imponat, semper libra seruat æquabilitatem, & omnia equaliter accipit, semper tamen peccato ex-
cepto, quod penitus oportet esse profligatum (& postea subiungit) consolatione omni vnquam à Deo
præsenta, quatenus eidem honorificum esse potest, libenter carendum. Hæc omnia elegantissimi Rus-
brochius.

8. Sed strictissime in eadem doctrina tradenda loquutus fuit Tauler. ser. Dominice
25. post Trinit. vbi sic ait: Sed nec pro se ipso, vel sui causa, vero amatori in spirituali materia de-
lectationem voluptatem, aut oblectationem querere licet, tamen si imperfectus, ac incipientibus Christi ser-
uis id videatur esse permissum, perfectis vero minime. Idem docet ser. S. Matthei fol. 114. col. 1.
ibi: Certe inueniuntur, quos externa exercitia mirum in modum delectent, multaque cum alacritate
illis incumbant, tantamque in eis capiant voluptatem, & gloriam, propterea multo minus gratia
sint Deo: & tanta possit eiusmodi esse delectatio, vt profus ingrati forent Deo, seseque ab illis auer-
teret, quando in illis se ipsos potius, quam Deum quærerent. Et inferius inquit: Itaque hoc vobis
significatur, delectationem omnem, que in virtutum exercitijs, & actibus haberi potest, auertere

concremandam, & immolendam rursus Deo. Et hoc idem prosequens, inferius asserit hanc doctrinam intelligi ab his, qui obscura itinera, & angustas semitas ingredi habeant, quod utique non est omnium, &c.

Similiter Dionysius Carthusianus id ipsum ex parte docet, dialogo in institutione nouitiorum art. 5. his verbis: Tu & similes tui in spiritualibus exercitijs non dum satis exercitati, ac triti, putatis veram deuotionem in sensibili quodam sapore interno perceptibilique seruore consistere: non pensantes, quod heretici quoque Iudaei, & Sarraceni in sacrificijs, & orationibus suis frequenter Lachrymantur, feruent, ac dulci afficiuntur sapore. Et inferius subdit: Sed scito, quod quamuis interna consolationis seruores frequenter à Deo praesentur, & vera sint charitatis effectus, non tamen (vt tactum est) semper, nec ad veram deuotionem necessario requiruntur. Porro vera, ac secreta deuotio est promptitudo superioris appetitus, seu voluntatis ad ea, quae Dei sunt, cum cordiali detestatione, ac debita fuga omnis mortalis peccati, siue hoc sit cum seruore sensibili, siue non (& inferius addit inferius se aliquando in hoc errore fuisse.) Magna est (inquit) ignorantia, & inexperientia mea, & erraui huc vsque, tunc solum, ac verè putans me esse deuotum, dum consolationem, seruorem, & gustum sensi internum.

Suffragatur etiam Albertus Magn. lib. de adhaerendo Deo cap. 10. dicens. Præterea non multum cures actiua deuotionem, ac sensibilem dulcedinem, vel lacrymas, sed tantum per bonam voluntatem in intellectu sis mente, cum Deo, intra te vnitus.

Sed his omnibus tandem modernos aliquos Doctores graues tamen & pios addere placuit; in primis insignem Antistitem sæpè sæpius citatum Bartholomæum à Martyribus 1. part. compendij c. 7. pag. 53. qui ideo asserit, Deum aliquando huiusmodi consolationes denegare, vt probemur, an stipendio consolationum spiritualium solum ducti Domino inferuiamus, &c. Ergo sensit non esse opus perfectum Deo propter huiusmodi consolationes inferuire, spiritualibusque exercitijs incumbere. Quam doctrinam repetit idem Antistes 2. parte, eiusdem compendij cap. 13. pag. 124. ibi. Perfecti vero viuunt non serui, aut mercenario, sed verè filiali amore in Deum tendunt dicentes: Quid mihi est in caelo, & à te quid volui super terram? &c. Non potest ergo negari esse imperfectum operandi modum, prædictis exercitijs, ex amore spiritualium consolationum incumbere.

Accedat singularis ille contemplatiuus Venerabilis Thomas à 125, Augustinianus, in libro perutilissimo, qui inscribitur labores 125, labore quadragesimo octauo, ad principium, vbi sic inquit: Deus denegat diuinas consolationes, vt amor erga ipsum perfectius depuretur, & ne homines querant, aut ament suam diuinam Maiestatem ob gratias, quas ab ipso expectant, sed propter id quod est in se, & quia amari merentur, sicque illi ex puro amore subdantur, vt aequè libenter ab eo se tractari permittant derelictionibus, ac fauoribus. Et hic est perfectissimus status eorum, qui perfecte amant, & seruiunt Deo, à multis ignoratus, & à paucis expetitus, quemque paucissimi attingunt, &c. Huc vsque Venerabilis hic vir.

Hanc eandem doctrinam, ab Augustino accipiens, docuit Aluarado in Arte bene viuendi lib. 2. c. 44. num. 11. Sucquet lib. viæ vitæ æternæ cap. 18. Aluarez de Paz tom. 1. de vita spirituali l. 3. p. 1. c. 12. & to. 2. l. 2. p. 3. c. 8. Rosignolius de disciplina Christianæ perfectione l. 5. c. 6. Arias de mortificatione tract. 5. orationis mentalis c. 3. & 4. nofter Ioan. à 125 Maria in schola orationis tra. 3. dub. 51. Ludovic. de la Puente in meditat. 3. p. in introduct. 9. 3. & in meditatione 26 punct. Molin. Carthus. in doctrina orationis tract. 1. c. 6. Pater Ildephonsus Rodericus tit. 1. tract. 5. c. 18. & tra. 8. c. 24. 25. 26. & in 27. ad hoc propositum refert D. Aug. de orando Deum epist. 121. S. Hierony.

B.
Joannis
à Cruce

Opera
mystica
LVI
129

num super illud Threnorum 3. *Sed cum clamauero, & rogauero, exclusit orationem meam.* Sanctum Gregor. lib. 20. moral. c. 21. & 24. & Magistrum Auilam tom. 2. epit. ac denique hanc doctrinam approbat Magister Basilius Legionensis in Defensorio septuaginta propositione 17. ubi ad hoc propositum explicat, quod dicitur de quibusdam Lucæ 8. *Qui cum gaudio suscipiunt Verbum Dei, & in tempore tentationis recedunt.* Tales namque asserit esse illos, qui opera bona ex intuitu prædictarum consolationum exerceant, ex quo fit, ut deficientibus prædictis consolationibus, earumque loco aduentibus tentationibus, ipsi quoque deficient, & à perfectionis via recedant.

Ex quibus omnibus satis constat, doctrinam Mystici nostri Doctoris in hac propositione esse communem apud S. Patres, & Doctores Catholicos, de cuius proinde veritate, & securitate nulla rationabilis suspicio suboriri potest, sed quidquid contra illam obijceretur, eodem modo aduersus communem Sanctorum Patrum, & Doctorum Catholicorum consensum deberet obijci.

CAPUT VIII.

*Octaua propositio elucidatur, Sanctorumque Patrum,
& illustrium Doctorum testimonijs
illustratur.*

Pergimus vterius ad elucidandam octauam propositionem, quam habet Mysticus noster Doct. lib. 3. Ascens. Mont. Carm. cap. 17. ubi sic inquit, *Vanum est optare liberos, vt nonnulli faciunt, qui ob filiorum desiderium mundum vniuersum inuenerunt & perierunt, non enim illis per speculum est, an prohi futuri sint, Deoque famulari, & vtrum gaudium quod ex ijs præstolantur, fortassis verendum sit in merorem: requies & solatium in afflictionibus & tribulationibus: honores in ignominias, præbeantque occasionem Deum magis offendendi: quem modum multis contingere solet &c.* (Et paulo inferius subiungit) *Vanitas quoque esset de vxore vel marito latari, quando euidenter non constat, melius se in suo matrimonij statu Deo obsequi, quam doct. suam confirmat ex illo Apostoli Corinth. 7. num. 27. Qui habent vxorem, tanquam non habentes sint, &c.*

Quamuis huius propositionis veritas ad eam aperta sit, vt mirum videatur potest aliis illi offendere, & quamuis etiam legitimus, & Catholicus eius sensus ex illis circa elucidationem primæ propositionis, & ex testimonijs Sanctorum Patrum ibidem adductis euidentissimè pateat, tamen pro maiori huius rei declaratione, aliqua, quæ ad elucidationem huius propositionis magis in particulari pertineant, subiungemus.

*Legitimus propositionis sensus declaratur, &
Sanctorum Patrum testimonijs cor-
roboratur.*

Legitimus igitur, & apertus huius propositionis sensus est, vanum, ac reprobandum esse nimium aliquotum desiderium, & affectum erga filios, uxorem, vel maritum, sine attentione, & respectu ad maiorem Dei gloriam, spiritualemque eorum utilitatem, & profectum, sed solum propter aliquod temporale commodum, lætitiā, vel iucunditatem, vel propter similes respectus, quibus plerumq; homines ad talem affectum, & amorem moveri solent. Et ideo intendit Mysticus noster Doctor talem amorem, & affectum iuxta hunc sensum relegare, spiritualesque personas perfectionis cupidas, taliter circa hanc rem instruere, ut nec filios, nec maritum, nec uxorem, præcise propter memoratos respectus diligant, aut illis, ut sic complacent, sed eatenus dumtaxat suum affectum in eis constituent, quatenus prædicta omnia fuerint medium ad maiorem Dei gloriam, spiritualemque utilitatem assequendam. Unde quando huiusmodi conducentia incerta fuerit, consequenter, & rectè asserit, nullatenus in eorum amore, vel complacentia affectum firmandum esse, sed huiusmodi desiderium, & voluntatem, omnino cum diuina voluntate, & beneplacito circa prædicta omnia conformari debere.

Et meritò sanè filiorum, & cognatorum affectum, nisi modo dicto diuinæ voluntati conformetur, & ad Deum omnino dirigatur, speciali cura amputandum esse Vener. IOANNES docuit, quia vix vlli præui affectus periculosus homines tentare solent, quam inordinati filiorum, & cognatorum affectus, adeò, ut aliquando homines improbo filiorum amore adducti à vero numine ad falsa idola defecerint, ita insaniētes, ut mortuos filios immortales Deos consecrarent. Sic olim Syrophanes Egyptius mortuo filio, simulachrum eius posuit loco numinis adorandum. Sic & Ninus Assyriorum Rex filium suū Belum vitæ functum noluit intra mortuorū vñas delitescere, sed supra Deorū aras erectis simulachris fulgurare, sic Thare filium suum Aram morte sublatum, immortalitate donare voluit, dum eius imaginem cōsecrauit. Sed quid sit de his exemplis, de quibus longior esse potest disputatio, certum est id, quod diximus ex Script. Sacre testimonio Sapient. 14. n. 15. ibi: *Acerbo luctu dolens pater citò sibi rapti filij fecit imaginem, & illum qui tunc quasi homo mortuus fuerat, nunc tanquam Deum colere cepit, & construxit inter seruos suos, sacra, & sacrificia, &c.* Cui consonat illud, quod refertur Numeror. 32. n. 4. scilicet Egyptios videntes, tum filios suos mortuos, tum etiam Deos suos percussos, magis curasse de sepeliendis, ac deplorandis filiis, quam de Dijs restaurandis. Plura alia ad hoc propositum adducere possemus, ex quibus manifestissimè constaret, quantum nocere soleat nimius filiorum, & propinquorum amor: innumera namque sunt Scripturæ, & Sanctorum Patrum testimonia, in quibus id notatur, & perpenditur, sed in re tam aperta non est necesse amplius immorari, ex di-

B.
Joannis
à Cruce

Opera
mystica

NVI

124

Etis enim satis superque constat, quam necessarium sit huic amori, & affectus modum præscribere, ne plura, & grauia damna generet: quem modum optime præscripsit Mysticus noster Doctor hunc effectum relegandum esse docens, nisi quatenus ad maiorem Dei gloriam ordinatur, cumque hæc maior Dei gloria fere semper incerta sit, eò quòd nescitur an filij, propinqui, & cognati grati Deo existant, vel futuri sint, merito affectum illum, quo nimis anxie amatur, præscisso prædicto respectu maioris Dei gloriæ, inabitaque attentione ad commodum aliquod, vel iucunditatem temporalem, Venerabilis noster IOANNES tanquam imperfectum, & vnionis cum Deo impeditiuum damnat.

Hanc autem doctrinam sæpè Script. sacra, & SS. Patres docent, cum propinquitum, & cognatorum amorem in sensu dicto amputare, & omnino relegare strictissimis verbis suadent, cuiusmodi sunt verba illa Christi Domini Luca 14. Si quis uenit ad me, & non odit patrem suum, & matrem, & filios, & agros, adhuc autem & animam suam, non potest meus esse discipulus. Et Luca 9. cum quidam diceret ad Iesum: Domine permittite mihi primum ire, & sepelire patrem meum, respondit ei Iesus: Sine ut mortui sepeliant mortuos suos, tu autem uade, & annuntia regnum Dei, &c. Super quæ verba Diuus Ambrosius sic inquit: His paterni quoque funeris sepultura prohibetur, ut intelligas humana posthabenda diuinis, hoc est studium, sed minus impedimentum, nam qui paritur studium, deriuat affectum, qui diuidit cor, esse, differt profectum, &c. Et D. Chryl. hom. 28. in Mattheum circa finem eundem explicans locum inquit: Quid igitur hinc præcipuè discimus, nisi quod nonullo momento temporis cadenda hæc, etiam si necessaria videantur, spiritualibus anteferenda sunt, &c.

Nec minus stricta sunt verba illa Christi Domini Matth. 10. ibi: Non ueni pacem misere, sed gladium, ueni enim separare hominem aduersus patrem suum, & filiam aduersus matrem suam, & nurum aduersus sororem suam, & inimici hominis domestici eius. Unde rectè D. Basil. in constitutionibus Monasticis ca. 21. inquit: A propinquis autem amicis, & parentibus, quæ amicitia affectionibus nos tam longe oportet esse disiunctos, quam longe eos, qui iam sunt uita disuncti, à uita videmus distare.

Quam etiam doctrinam exemplo nos suo docuit idemmet Christus Dñs, dum Matrem suam, quantumuis sanctissimam, aliquando durè alloquutus fuit, dicens: Quid mihi, & tibi mulier? Quod pro nostra instructione fecit, ut benè notauit D. Bern. ser. 2. de mutatione aquæ in uinum his uerbis: Ut quid ergo fratres utique propter nos, ut non sollicitet carnalium cura parentum, & necessitudines illa impediunt exercitium spirituale, &c.

Sed adhuc strictius de hac re exemplum præbuit cum cuidam dicenti illi: Ecce mater tua, & fratres tui foris stant querentes te, respondit Iesus, quæ est mater mea, & qui sum fratres mei, & extendens manus in Discipulos suos, dixit: ecce mater mea, & fratres mei, &c. Matth. 12. m. 47. quod exemplum rectè perpendens D. Ambr. li. 6. in Lucam c. 8. sic inquit: Moraliter Magister, qui de se cateris præbet exemplum, ipse suorum executor est præceptorum: præscripturæ enim carteris, quoniam qui non reliquerit patrem, aut matrem suam, non est filio Dei dignus, sententia huius primus ipse se subiecit, non quo materna refuset pietatis obsequia, sed quia paternis se mysteris amplius, quam maternis affectibus debere cognoscat, neque tamen iniuriose resutatur parentem, sed religiosiores copula mentium docentur esse, quam corporum, &c. Quod etiam super eundem Matthei locum adnotauit Tertul. lib. 4. contra Marcionem c. 19. & li. de carne Christi c. 6. pluresque alij Sancti Patres.

Id ipsum strictissimis etiam verbis statuitur Exod. 32. num. 27. vbi tale præceptum habetur: *Occidas vnusquisque fratrem, & amicum, & proximum suum.* Quod explicans D. Ambr. epist. 56. sic inquit: *Quod occidi fecit à proximo proximos: filios à parentibus, à fratribus fratres, præceptum eiusdems, quia præferenda est religio necessitudini, pietas propinquitati, ea est enim vera pietas, que proponit diuina humanis, perpetua temporalibus, vt contemplatione, ac amore reuoluentia diuina perimeretur omnis affectus necessitudinis.*

Plura alia his similia Scripturæ, & S. Patrum testimonia adducere possemus, in quibus filiorum, parentum, & propinquorum affectus in sensu dicto resecari strictissimè iubetur, ea tamen consulto amittimus, quia ex dictis satis superque constat, quam utilis, & necessaria ac Scripturæ sacræ, & SS. Patrum doctrinæ conformis sit propositio nostri Mystici Doctores, in qua id ipsum edocetur, nimiusque affectus erga filios, maritum, & vxorem damnatur, eo quod incertum est, an ipsi Deo grati exsistant, vel futuri sint, nec ne.

§. II.

Egregio S. Mat. nostræ THERESIÆ testimonio alijsque etiam SS. Patrum dictis eadam doctrina confirmatur.

Ceterum non possumus non pro huius doctrinæ maiori confirmatione celebre quoddam testimonium S. Matris nostræ THERESIÆ adducere, quod habetur l. 3. suarum foundationum c. 7. vbi foundationem Monasterij oppidi Alba describens refert, quod cum fundatrix eiusdè monasterij, quæ appellabatur Theresia de Laiz summopere desideraret filios sibi à Deo concedi, nihilominus tale accipit à Deo responsum: *Noli velle prolem, nam condemnaberis.*

Et vt testimonium hoc melius perpendatur ipsamet THERESIÆ nostræ verba referre placuit: *Sobolem vt à Domino obtineret, per magnis id deuotionibus & precibus ipsa cõtendebat; hanc autem vt desideraret, non alia eam impellibat ratio, quam vt se vita defuncta, heres suscipisset, qui suo nomine Maiestatem illius continenter laudaret, & mihi quoque retulit, nunquam se in prole petenda aliud quid, quam dixi spectasse. Est namque mulier veritatis amantissima, christianis virtutibus & religione insignis. Hoc ergo desiderium cum multis annis haberet, & illud B. Andrea Apostolo commendaret, quem secundare steriles vreros didicerat, post multas preces & deuota exercitia in hunc finem assumpta quadam nocte cum in lecto iaceret, talis ad eam vox facta est: *Noli velle prolem; nam condemnaberis, &c.**

Hoc ergo testimonio iustificè comprobatur Ven. N. IOANNIS doctrina, si enim hæc mulier, quantum vis solius Dei gloriã intenderet, tamen desiderans filios, re vera desiderabat id quod suæ damnationis causa futurum erat, quis non videat, quam utilis, & necessaria sit Mystici nostri Doctores doctrina, nimium desiderium filiorum, complacentiamque in marito, & vxore damnans, eo quod fere temper incertum sit, an exinde maior Dei gloria, animarumque utilitas prouentura sit, nec ne.

Vnde D. Hieron. lib. 1. contra Iouinianum postquam retulerat paruam utilitatẽ, quam exceperat Samuel ex filijs suis, qui nequaquam eius virtutis hæredes fuerunt,

B.
Joannis
à Cruce

Opera
mystica
NVI
129

merito reprobatur desiderium, quo plures optant sibi filios à Deo concedi, cum desiderant prohi futuri sint, & ita sic eleganter loquitur. Heredem desideravit hominem, coheres Christi? & optabit liberos, nepotumque serio delectabitur, quos forsitan sit occupaturus. Amicus filius? Cum legamus Moysen, & Samuelem filijs suis alios proutulisse, nec putasse liberos, quos valde de Domino displicere. Et in c. i. epist. ad Titum sic de eadem re loquitur: Samueli quocumque talis fuit, ut inuocaret Dominum, & Dominus exaudiret eum, & in tempore in his plurimum hymnis impetraret, habuit filios, qui declinauerunt post auariciam.

Quod etiam rectè notauit D. Chrylóstomus himil. 9. in Matth. sic inquit: Quid filios Samuelis necessitudo inuit parentis, cuius non fuerunt virtutis heredes? Quid Moysi liberum aeterna profuit cura iustitia, cuius eis non successit imitatio? & Optimè de hac eadem re dixerunt Ambros. in epist. ad Rom. c. i. & Philo. Hebraeus lib. de temulentia, pluresque alij Sancti Patres, quorum testimonia, prolixitatis euitandæ gratia, omittimus, solumque addimus ipsiusmet Spiritus sancti testimonium Ecclesiast. c. n. 4. ibi. Pater est mori sine filijs, quam relinquere filios impios, &c.

10. Ex dictis ergo rectè concluditur, merito Mysticum nostrum Doctorem docuisse non esse multum desiderandos filios propter prædictam incertitudinè, & idèò nequaquam matrimonium eiusque fructum damnat, sed solum nimitatem affectus erga filios, uxorem, aut maritum. Cui consonat doctrina S. Mat. nostræ THERESIE in lib. viz perfectionis c. i. vbi de desiderio huiusmodi rerum temporalium loquens, sic inquit: Non sic charissime, non sic, non est iam tempus ad parui momenti negotia cum Domino pertractanda. Sane, nisi ad humanam infirmitatem, qua libenter in omnibus iuuari gaudet (& bene quidem si modo ipse aliquid hic possumus) respectum haberem, quam vellem ipsi persuadere possem, non esse hæc huiusmodi, qua tam sollicitè & affectuose in hoc S. Iosephi monasterio commendati Deo debeant, &c. Vbi sapientissimus Magister Luisus Legionensis hanc apponit Marginalem notam: Dicere vult, eos qui paupertatem profitentur, sollicitè & anxie aliorum viciatates sibi lucrari non debere, ut elemosinas ipsis conferant. Ex quibus omnibus doctrina huius propositionis satis superque elucidata, & confirmata manet.

C A P V T IX.

*Elucidatur nona propositio, Sanctorumque Patrum,
ac illustrium Doctorum testimonijs cor-
roboratur.*

1. SEquituriam nona propositio, quæ habetur in lib. 3. Ascensus Montis Carmeli cap. 34. vbi agens Mysticus noster Doctor de cultu imaginum sic loquitur.

Spiritualis ac deuota persona, in inuisibili præcipuam suam reponit deuotionem, paucisq; imaginibus & virtutibus, utq; præsertim, qua plus diuini quàm humani pre se ferunt: respiciendo & seruando eas, seque ipsam eam iuxta alterius potius sæculi schema, & formam, & iuxta Sanctorum statum.

nec vllō pacto huius seculi figura, modoque sese accommodat: vt non solum appetitum ipsius, vestis seculi huius, schemaque non permeat: sed vt ne recorderetur quidem eius per illud, aliquid illi, vel ipsius rebus simile præ oculis habendo, &c.

Tota doctrina, & locutio huius propositionis, maximè si sumatur coniuncta cum toto contextu illius capituli, aded Catholica, & aperte vera est, vt non appareat quoniam pacto potuerit quispiam in ea offendere, vel rationabilem aliquam suspicionem de illa concipere, etenim nequaquam vult negare, aut impedire vltim sacrum, cultumque debitum sacrarum imaginum, quem Ecclesia sæpè approbavit propter ingentes vtilitates, quæ ex huiusmodi cultu, & veneratione sequuntur, vt constat ex decretis Sextæ Synodi generalis Can. 83. & Concilij Nizeni 2. actione 3. necnon Septimæ Synodi generalis, Concilij etiam Senonens. & Maguntini, ac denique Tridentini sess. 25. relatis ab expositioribus Diui Thomæ 3. parte quæst. 25. vbi præcipuè Suarez, & Vazquez, per multas disputationes de hoc tractant, necnon, & plures alij Doctores Catholici, quos congregauit Augustinus Barbosa in remissionibus ad Concilium Tridentinum loco citato.

§. I.

*Verus propositionis sensus ex doctrina Venerabilis nostri
IOANNIS manifestè demonstratur.*

HVnc ergo vltim, & cultum sacrarum imaginum nequaquam reprobare voluit Myticus noster Doctor, imò potius illum sæpissimè, aded expressè commendat, vt non appareat quomodo quispiam, qui doctrinam eius legerit, poterit, etiam per modum leuis suspicionis, prædictum errorem in illo notare, etenim capite 14. lib. 3. Ascensus Montis Carmeli, sic loquitur: *Verum animaduertere se hoc loco oporteret (charissime Lector) quod nequaquam assentimur, neque conspiramus, sed neque assentiri & conspirare in hac nostra doctrina volumus, cum illa pestiferorum hominum doctrina, qui à Satânica superbia inuidiaque persuasi, eliminare & extirpare ab oculis fidelium sanctum & necessarium vltim, inclamque Dei, ac Sanctorum Imaginum adorationem, & venerationem voluerunt. Quin potius nostra hæc doctrina plurimum ab illa discrepat: non enim hoc loco docemus, vt non habeantur imagines, neque vt illis adoratio debita non impendatur, sicut ipsi docent; sed solummodo explicamus discrimen quod inter illas Deumque reperitur: & vt taliter picturæ intuantur, vt non impediantur ad id, quod imagines representant rendere plus illis, quam ad pergendum ad spiritualia (ad ritum sit, in habendo. Quemadmodum enim bonum necessariumque est medium ad consequendum finem (cuiusmodi medium sunt imagines ad reuocandum in memoriam Deum ac Sanctos) ita etiam quando plus assumitur ex medio, plusque in eo consistitur, quam solius mediæ necessitas postulet, ipsum medium assensionem finis impedit & retardat, &c. Quod idem optimè vltim ad finem capituli profequitur.*

Et cap. 34. eiusdem prædicti libri; Ascensus Montis Carmeli sic iterum imagines commendat: *Cum imagines tanti sint ad cultum diuinum momenti, tamque ad permouendam & excitandam ad deuotionem voluntatem necessaria: quemadmodum approbatio vsusque earum, qui in sancta Ecclesia Matre nostra viget perspicuè demonstrant; (vnde etiam semper illis ad excitandum teporem nostrum vti expedit) multa tamen reperiuntur persone, quæ gaudium suum in*

B.
Joannis
à Cruce

Opera
mystica

NVT

129

pietura potius ornata que earum reponunt, quam in eo quod representant. Ob duos primarios suos sacra: um imaginum usum instituit S. Ecclesia: primo ob debitum in illis honorem, & reuerentiam sanctis exhibendam: secundo ad permouendam voluntatem, atque deuotionem erga eos per illu excitandam. Et quatenus ad hac conferunt ac deseruiunt, summam adserunt vtilitatem, vbi que earum efficacius est, ad quem finem consequendum imagines illae, quae magis proprie ad viuum representant, magisque voluntatem ad deuotionem excitant, eligi debent, ad ista potius, quam ad aliarum valorem, curiosum artificium & ornatum, oculos collimando. Et cap. 36. sequenti sic ait. Quemadmodum imagines non mediocriter conferunt ad excitandam Dei sanctorumque memoriam, & voluntatem ad deuotionem permouendam, via ordinaria, sicuti aquum est, illa vnde: ita etiam non leuis erunt occasio erroris, si cum res supernaturales circa eas contingunt, nesciat anima qualiter ad Deum tendere debeat, &c.

Ex quibus omnibus testimonijs euidenter constat, Mysticum nostrum Doctorem nequaquam debitum cultum, & venerationem sacrarum imaginum, prout ab Ecclesia sancta approbatus est, reprobare, sed potius valde commendasse. Vnde solui vult reprobare imperfectiones, quae in praedicto vtu immisceri solent, vel ratione nimis curiositatis, vel ratione affectus ad figuram ipsam, seu speciem externam imaginis, qui affectus motum cordis, & deuotionem ad prototypum, seu Sanctos per imagines representatos impedit, aut retardat, vel ratione vanae fiducia, quae in vna imagine porius quam in alia eiusdem Sancti, vel Sanctae ratione maioris ornatus, vel pulchritudinis figurae, aut alia simili de causa ab aliquibus apponi solet: has inquam, & alias similes imperfectiones solum vult in praedictis locis, vbi de hac materia agit, relegare: quia re vera ordinato, & vtili sacrarum imaginum vsui, prout ab Ecclesia Catholica approbatur, aduersantur, ac proinde Catholicam doctrinam, quae has omnes imperfectiones relegandas esse docet, adstruit, docetque ipsum, quod docuit Concilium Tridentinum loco citato his verbis: *Imagines porro Christi, Deiparae Virginis, & aliorum Sanctorum in templis praesertim habendas, & reuendendas, eiusque diuini honoris, & venerationis impediendam, non quod credatur in se aliqua in ipsis diuinitas, vel veritas propter quam sint colenda, vel quod ab eis sit aliquid petendum, vel quod fiducia in imaginibus sit figenda, veluti olim fiebat à Gentibus, quae in idolis spem suam collocabant, sed quoniam bonos, quos eu exhibetur, refertur ad prototypa, quae illae representant, vt per imagines, quae osculamur, & orationem quibus caput aperimus, & procumbimus, Christum adoremus, & Sanctos, quorum illa similitudinem gerunt, veneremur, id quod conciliorum praesertim, vero secunda Nizena Synodi decretum contra imaginum oppugnatores est sanctum.*

Quod autem haec sit aperta mens Mystici nostri Doctoris in eisdem locis, constat ex manifestis eiusdem testimonijs. In enim cap. 34. citato: vnde haec propositio, quam elucidamus, desumpta est, sic loquitur. *Sunt nonnulli qui imaginum potius artem valoremque intuentur & considerant, quam illud quod representant: & internam deuotionem quam ad inuisibilem sanctum spiritualiter dirigere deberent, in exteriori affectu & curiositate ita reponunt, vt sibi in ea compleat ac oblectetur sensus, amorque & voluntatis gaudium in ea reuineat, quae res totaliter verum spiritum impedit, qui affectus annihilationem in omnibus rebus particularibus requirit. Hoc clare animaduertere licet, ex quadam abominanda consuetudine, quae temporibus istis apud plerisque inuasit, qui cum vanum mundanorum vestiendi modum mentis abhorruerint, sacras imagines illo vestimentorum schemate, quod homines vani ad reuerentiam,*

at leuitatum suarum satisfactionem indies adinueniant, exornant, eaque vestium forma, qua in ipsis reprehensione digna est, sanctorum induunt imagines, qua res profecto sanctis, quos representant, semper ingrata fuit & inuisa adhuc est, hocque modo conatur demon, & ipsi cum eo, auctoritatem vanitatis suis, in Sanctos eos conferendo, non sine graui ipsorum iniuria conuolare.

Quamuis laudabile sit huiusmodi imagines & instrumenta habere, qua anima deuotionem excitent, (ad quem etiam finem semper huiusmodi seligenda sunt, qua tam magis excitent) verum non est perfectionis, adeo illis adherere, vt eas cum proprietate possideat, ita vt si ab ea tollerentur, contristerentur. Quamobrem id sibi persuadeat anima, quod quo maiori cum proprietate imagini vel motiuo sensibili adhaerit, eo minus orationem ac deuotionem suam ad Deum ascensuram. Licet enim extra controuersiam sit, quod imagines qua magis ad amissim rem representant, magisque quam alia deuotionem excitant, ob id, eamque solam ob causam maiori ceteris amore digna sint, minimè tamen id fieri debet cum ea proprietate & adhaesione, de qua nuper sum locutus, ne videlicet eo, quod spiritum celeri quodam volatu in Deum subleuare debebat, obliuioni dato, totum absorbeat sensus, delectationi instrumentorum immersus, qua cum spiritum solummodo promouere deberent, ad huncque dumtaxat deferuire finem; iam ob istius hominis imperfectionem, potius obstaculo sint, & impedimento, & aliquando non minus, quam cuiusuis alterius rei adhaesio & proprietas. Et cap. 35. sic ait: Multa de ruditate & stupiditate qua circa imaginum vsum multa laborant persona, essent dicenda, nam eoque soliditas hac peruenit, vt nonnulli plus fiducia in quibusdam reponant imaginibus, quam alyis, a solo affectu, amoreque, quo in vnam magis quam in aliam seruntur figuram, inducunt: qua in re insignis quadam ruditatis & rerum ad diuinum cultum ac honorem illi debitum attinentium, ignorantia laetetur: qui orantis fidem, ac cordis puritatem maxime iniuratur. Quos abusus & alios similes inordinatos affectus, & imperfectiones, circa imagines, rosarios, oratorios, peregrinationes, deuotionisque superstitiones ab aliquibus rudibus inuentas, & vilitas in reliquo huius capitis, & sublequentibus late reprobat, & condemnat.

Vnde his imperfectionibus relegatis, & damnatis, docet debitum modum, qui in vfu sacrarum imaginum seruari debet, nempe, vt illae dumtaxat tanquam mediū in quo nullatenus sistere, aut detineri, sed per illum ad representationem, nempe ad verū prototypum, cordis affectu, transire debeamus. Vnde c. 35. eiusdem libri sic inquit. Quare nullo modo facienda est reflexio in artificij artisque, cum qua imago est efficta, differentiam, vt plus spū in vna reponatur, quam in alia: sset enim hoc insignis stupiditatis; sed illa plura fiant, qua magis acciunt deuotionem. Et cap. 36. sic ait. Quapropter ad vniuersa damna, qua in hoc euentu anima pati posset euadenda: (qua sunt à celeri in Deum volatu praecepti & retardari, vel vili modo & insipienter imaginibus vti, vel certe per illas decipi, qua omnia superius adnotauimus) ad repurgandam praeerea voluntatis delectationem & gaudium, & dirigendam per eas ad Deum animam, (qui est scopus quem in ipsarum vfu proponit Ecclesia) vnicum dumtaxat monitum & documentum quod pro omnibus satis est, praescribere volo: & est huiusmodi. Quod quandoquidem imagines sacra ad nil deferuiunt aliud, nisi vt sint nobis motiua inuisibilium rerum, nihil etiā aliud requiramus in eis, praeter motiuum, affectum, voluntatisque, delectationem in re viuā, quam referunt & representant. Propterea vtatur fidelium quilibet hac circumspectione, vt statim ac aliquam fuerit intuitus imaginem, nolit illi sensum immergere & alligare, siue fuerit corpora imago, siue imaginaria, siue sit pulchre & eleganter efficta, siue pretiose ornata, siue illi sensitiuam, siue etiam spiritualē conciliet deuotionem: omnibus istis accedētibz speris nō amplius sese ad eā reflectat: sed praestita

Ima-

B.
Joannis
à Cruce

Opera
mystica

NVT

128

Imagini ea, quam Ecclesia præcipit adoratione, confestim inde erigas mentem ad rem quam representat, succum & voluntatis oblectamentum in Deo, vel sancto, cuius opem implorat, cum devotione ac spiritus sui oratione reponat: ne id quod visio prototypo & spiritui debetur, à pictura & sensu vsurpetur.

§. II.

Sanctorum Patrum & illustrium Doctorum testimonijs eadem doctrina confirmatur.

7. **V**NDE constat doctrinam Venerabilis nostri IOANNIS circa hunc cultum omnino coincidere cum ea, quam ex Cōcilio Tridentino supra retulimus, quamque omnes Doctores Catholici tradunt. Et idem Adrianus I. in epist. ad Constantinum & Irenem, quæ in 2. act. 7. Synodi refertur, loquens de Iacob, qui adoravit summitatem virgæ Ioseph, sic inquit. *Non quod virgam, sed reventem eam adoravit, quid hoc sibi vult: nimirum, quod nos iuxta desiderium, & amorem quo erga Deum Sancti quoque ipsius affecti sumus, figuras imaginibus representamus, non inquam in coloribus, & tabulis honorem constituentibus, &c.* Id ipsum docent Chrysostronus, Damascenus, Stephanus Episcopus Bostrensis citati ab Adriano loco supra citato.
8. Hanc eandem doctrinam tradidit Gregorius Nissenus citatus ab Adriano ep. ad Imperatorem, quæ habetur in 7. Synodo act. 2. his verbis: *Nam qui imaginem aliquid, quæ ex arte per diversos colores in tabula est expressa, non ex pictura, & colorum similitudinem accipit, sed ad contemplationem primi exemplaris animam reducit, &c.* Accedit Germanus Patriarcha Constantinopolitanus in epistola ad Ioannem Episcopum, quæ habetur in 7. Synodo act. 4. insuper, & Epiphanius Diaconus act. 6. eiusdem Synodi cuius hæc sunt verba, ibi. *Nec salutis spem in illis (scilicet imaginibus) constituunt, nec ab his iudicium aliquod futurum expectant, &c.*
9. Consentit noster Thomas Waldensis tomo 2. de Sacramentalibus capite 156. num. 6. inquit: *Sicut enim qui viderit imaginem alicuius, videt eum cuius est imago, ac scilicet intuitu, ita quod plene obliuiscitur imaginis, dum prima contemplationis instantia aspectus signatum, & sic vident multi quosdam vestitos, qui interrogati de colore vestis ignorant, quia tati ferbantur in hominem: ita qui adorant imaginem, eum adorant cuius est imago.* Alia quam plurima, tam Sanctorum Patrum, quam Conciliorum, Pontificum, & Theologorum testimonia in fauorẽ huius veræ, & Catholicæ doctrinæ adducit Vasquez tomo primo, in tertia parte, disputatione 108. capite tertio, quarto, quinto, & sexto, quibus consentit reuelatio, quam habuit Sancta Mater nostra THERESA de hac re, cum enim (vt ipsa refert in additionibus ad suam vitam) ipsa legisset in quodam libro imperfectionem esse possidere imagines curiosè ornatas, & ita relinquere vellent quamdam imaginem, quam in cella habebat, taliter à Divino oraculo edocta fuit. *Librum illum non imaginem, sed nimium artificium & curiositates in imaginibus improbare, &c.*
10. Consonat etiam Venerabilis Antistes Frater Bartholomæus à Martyribus i. p. compendij spiritualis cap. 3. pag. 32. vbi sic inquit: *Non habeas superflua, & curiosa, quæ*

distrahunt, & occupant cor, quare nolim affectus habere imagines, tabulas curiose depictas, &c. Cui consonat illud, quod in 2. parte compendij, cap. 10. pag. 74. sic inquit. Nihil tenaci corde possideas, nullius viri quantumuis sancti amicitiam, & familiaritatem humanitus expectas, nam non solum, quae mala sunt, sed etiam bona huic sapientia efficiunt, si inordinate diliguntur, vel quaruntur, &c. Et cap. 11. fol. 90. ita ait: Imò tempore vnicuius inter Deum, & animam quae cumque, licet bona imagines sunt procul expellenda, quia sunt media inter vtrumque. Ideo athleta huc peruenire cupiens (Deo ipsum trahente, atque vocante) cum primum senserit se diuino amore vehementer inflamari, ac sursum trahi, propter rescindat quaslibet imagines, fistinetque ad Sancta Sanctorum, & internum illud silentium, in quo non humana, sed diuina dumtaxat est operatio. Vnde constat, quam conformis ad Sanctorum Patrum mentem, sanctaeque Ecclesiae fidem sit doctrina Mystici nostri Doctoris, qui prope qui cum eis constanter asserat imagines ad deuotionem excitandam peritiles, ac necessarias, venerationeque, & honore propter prototypum dumtaxat dignas esse.

§. III.

Doctrina Mystici nostri Doctoris amplius declaratur.

TANDEM circa id quod Mysticus noster Doctor in hac eadem propositione asserit, scilicet personam spirituales, & deuotam paucis imaginibus indigere, & uti, eo quod principaliter in visibilibus deuotionem suam constituat, obseruandum est, nequaquam illum denegare velle personis spiritualibus, & deuotis debitum sacrarum imaginum vsum, ut ex adductis ipsius testimonijs euidenter constat, sed solum vult assignare differentiam inter personas spirituales, ac deuotas comparatione earum, quae valde sensibiles sunt, deuotioneque vera carent, ac rebus spiritualibus non adeo intendunt. Hi namque imperfecti, cum rebus sensibilibus valde attendunt, & in illis sunt immersi, spiritualia autem ægre percipiunt, magis indigent medijs sensibilibus, & visibilibus, cuiusmodi sunt imagines, quibus ad spiritualia, & inuisibilia ducantur; at verò personae spirituales, & verè deuotae cum à rebus visibilibus, & sensibilibus mentem iam abduxerint, ac spiritualibus, & inuisibilibus magis intendunt, non adeo indigent praedictis medijs visibilibus, ac sensibilibus, cuiusmodi sunt imagines, ad hoc, ut in earum prototypa fersantur, sed facilius sine illis possunt orationi ac Dei, & Sanctorum inuocationi intendere, cumque id ad quod ipsae imagines ordinantur, nempe ad eleuandam mentem in Deum, & Sanctos, orationisq; studium promouendum, assequantur, & obtineant, iam propter rationem dictam praedictae personae sine his medijs, merito non a deo illis indigent, & vtuntur, sicut aliae personae non spirituales, quaeque non nisi per sensibilia, & visibilia ad inuisibilem cognitionem peruenire solent: Ceterum adhuc praedictis personis spiritualibus, & verè deuotis nequaquam sacrarum imaginum vsum omnino denegat, sed solum asserit paucis indigere, eo quod ipso aliquibus indigere, & uti concedit, quoties scilicet ad excitandum in Deum, & Sanctos affectum, & deuotionem necessariae, vel utiles illis fuerint.

ut.

Quae

B.
Joannis
à Cruce

Opera
mystica

NVI

128

Quæ doctrina sic explicata verissima est, eamque approbat Magister Basilius Legionensis in Defensorio læpè citato, propositione 12. colligiturque ex eo quod docet Gerson, opusc. de Mystica Theologia practica, consideratione quarta, refert, & sequitur Frater Bartholomæus à Martyribus in secunda parte compendij capite 11. cui coniungenda est doctrina Tauleri cap. 35. institutionum, vbi sic inquit: *Quid queratur, cur omnibus imaginibus renuntiandum sit? Respondetur eam ob causam, quod non nisi via quadam sint ad nudam, & simplicem veritatem, &c.*

33. Quod hoc exemplo potest optimè declarari, si enim habuerit quis ante conspectum suum imaginem Regis, ac simul ipsam personam Regis, ineptum esset non omittere pro tunc reuerentiam, & intuitionem imaginis, eo quod illi videretur indecorum esse, prædictam reuerentiam imagini regie non exhibere, id inquam tunc stultum esset, siquidem maior irreuerentia esset, debitum honorem, & reuerentiam ipsi personæ Regis, quam in conspectu haberet, immediatè non exhibere, ut se in reuerenda, & honoranda imagine regia occuparet; ita ergo in præsentem, cum persona spiritualis, & perfectæ internè attendat, ac veluti præsentem habeat Deum, & Sanctos, si vellet pro tunc se diuertere ab interna adoratione ipsius Dei, & Sanctorum, ut ad eorum imagines externas se conuerteret, proculdubio imprudenter, ac inordinatè se geret: cum igitur personæ spirituales, & perfectæ huic internæ attentioni ad Deum frequenter incumbant, excitatumque habeant affectum ad Dei, & Sanctorum cultum, & veneratorem, quidquid medijs imaginibus externis querere possent, frequenter sine illis obtinere solent, & idè non ad eò indigent, neque viuunt externarum imaginum vsu, sicut illi, qui propter defectum internæ attentionis ad Deum, & ad res spirituales, prædictis medijs sensibilibus frequenter indigent, iuxta hunc ergo sensum, quæ ipsa verba propositionis Mystici nostri Doctoris satis exprimunt, verissima est hæc doctrina, & ab omni sinistra suspitione libera, ut ex dictis satis superque constat.

34. Tandem in fine huius elucidationis animaduertimus id ipsum, quod circa vsum, & cultum imaginum ex doctrina Mystici nostri Doctoris diximus, & explicuimus, ad vsum etiam, & deuotionem locorum Sanctorum, cuiusmodi sunt oratorias, & alia similia deuotionis prouocatiua, seu excitatiua applicandum esse, ut bene notauit Basilius Legionensis loco citato, constatque manifestè ex Mystica nostri Doctoris doctrina, quæ proinde verissima, & vtilissima est.

CAPVT X.
PROPOSITIO DECIMA ELVCIDATUR,
& Sanctorum Patrum, illustriumque Doctorum
testimonijs illustratur.

24. PERGIMVS vterius ad elucidandam decimam propositionem, quam habet Mysticus noster Doctor lib. 1. *Obscura Notis*. cap. 4. vbi sic loquitur,

Cerebro siquidem euenit vt in ipsismet spiritualibus exercitijs, absque eo quod hoc in eorum situm sit potestate impuri sensualitatis motus exurgant & sentiantur: hoc interdum tunc fit, cum spiritus sublimem exercet orationem, vel certe poenitentiam ac Eucharistia Sacramentis vititur. Qui motus cum non sint (vt dixi) in illorum potestate, ex vna è tribus causis oriuntur. Primo loco huiusmodi commotiones (quanquam raro, & in hominibus debilis complexionis) à stultitate, quæ in rebus spiritualibus demulceratur natura, interdum promanare solent: cum enim spiritus sensusque suavitate illa fruatur, refectione seu recreatione illa qualibet etiam hominis pars, secundum proportionem & proprietatem suam, ad delectationem prouocatur; Tunc enim spiritus, qui est superior pars, ad oblectandum se se Deo recreandam excitatur; sensualitas vero, quæ inferior est portio, ad sensibilem suauitatem & delectationem permouetur: non enim nouit illa alio delectationis modo frui, vnde accidere potest, animam secundum spiritum in oratione Deo esse intentam; ex alia vero parte secundum sensum, rebelliones ac commotiones sensuales passiuæ, non absque graui sua reuoluntate & nauisga, experiri.

§. 1.

Verus, & legitimus propositionis sensus ex ipsa Mystici N. IOANNIS doctrina aperte demonstratur.

PRO elucidatione, & vera intelligentia huius propositionis, & vt manifestè constet quantum à turpibus erroribus hæreticorum, qui Illuminati dicuntur, re vera distet, solum est necessarium ipsa propositionis verba attendere, ac perpendere. Et enim nequaquam in eis asserit Mysticus, ac purissimus noster Doctor id, quod prædicti hæretici turpiter assererant, scilicet motus, ac delectationes turpes; & inhonestas pollicitè, & cum libero consensu voluntatis à personis spiritualibus amplecti, & desiderari, ac intendi, eo quod ex redundantia spiritus eas dimanare assererant. Huius namque pestiferi, & turpissimi erroris oppositum expressè docet in hac propositione Venerabilis noster IOANNES, siquidem asserit huiusmodi sensualitatis motus, quos aliquando personæ spirituales orationi incumbentes patiuntur, non esse in eorum libera potestate, atque adeò nequaquam liberos, sed merè naturales; illi vero hæretici asserunt esse liberos, & cum consensu voluntatis: præterea docet IOANNES noster huiusmodi motus contingere, Non absque graui animæ reuoluntate, ipsi vero asserunt ab ipsa anima libenter amplecti, imò & desiderari, ac intendi: tandem Mysticus noster Doctor asserit huiusmodi motus oriri ex naturæ debilitate, & infirmitate; prædicti vero hæretici ex ipso spiritu oriri asserunt, & ideò manifestè constat non minus distare IOANNIS nostri doctrinam à prædicto errore, quam lucem à tenebris, nulloque, vel apparenti prætextu posse, sine manifesta calumnia, tam turpem errorem Angelico tuic viro tribui.

Vnde legitimus, & securissimus huius propositionis sensus est, quæ ipsa verba satis exprimit, scilicet quod aliquando cum mens circa rerum spiritualium contemplationem, & delectationem est occupata, simul inferior hominis pars, non quidem per se ex vi spiritus, seu affectionis spiritualis, sed merè concomitanter, & per accidens occasione aliqua ex delectatione circa res spirituales per accidens & remote

B.
Joannis
à Cruce

Opera
mystica

NVI

129

desumpta, patitur motus aliquos turpes, & inhonestos provenientes ex ipsius natura, seu partis inferioris debilitate, absq; vlllo consensu voluntatis, in cuius potestate non est tunc prædictos motus evitare, imò potius ipsa voluntate renuente, & cum magna eius displicentia eos patitur, quod ad evitandam molestiã anxietatem & afflictionem sanctarum mentium, quæ huiusmodi res intuitè patiuntur, & ad earum salutem, ne scilicet propter hæc ab orationis, & contemplationis saluberrimis exercitiis auertantur, adnotare, & docere convenientissimum fuit.

§. II.

Ratione, & experientia propositionis doctrinæ comprobatur.

4. **A**D hunc ergo sensum, quem ipsa clarè exprimit, intellecta hæc propositio verissima proculdubio est, constatq; tum experientia, sæpe enim audiuimus personas aliquas spirituales vitam perfectissimam, atque purissimam agentes fateri non sine magna verecundia se in oratione, vel contemplatione, ac rerum spiritualium delectatione huiusmodi turpibus motibus, ac delectationibus sensuualibus, reluctante voluntate, imò, & cum magna animi molestiã, & dolore in inferiori parte affici. Tum etiam ratione philosophica, quam indicat sapientissimus Magister Basilus Legionensis in Defensorio supra citato propositione 18. Etenim certum est, quod magna aliqua lætitia, vel tristitia ipsius animæ propter cõiunctionem eius ad corpus est etiã occasionaliter causa transmutationis corporalis secundum calorem, vel frigus, quæ transmutatio per accidens se habet ad prædictum animæ affectum, per se tamen ordinatur ad aliquem actum appetitus sensitivi, quã doctrinam expressè docet D. Thom. q. 26. de verit. art. 10. in corpore, vbi sic habet: *Secundum naturam ordinem propter colligationem virium animæ in vna essentia, & anima, & corporis in vno esse compositi, virtus superiora, & inferiores, & etiam corpus, & anima inuicem in se influunt, quod in aliquo eorum superabundat, & inde est, quod ex apprehensione animæ transmutatur corpus secundum calorem, & frigus, & quandoque vsque ad sanitatem, & aegritudinem, & vsque ad mortem, & 1. 2. q. 22. art. 2. ad 3. li. inquiring. Est autem, & alia naturalis transmutatio organi prout organum transmutatur, quantum ad suam naturalem dispositionem; puta, quod calefit, aut in frigidatur, & alio simili modo transmutatur, & huius transmutatio per accidens se habet ad actum apprehensivum, sed ad actum appetitus sensitivi per se ordinatur huiusmodi transmutatio. Vnde in definitione motuum appetitivum partim materialiter ponitur aliqua naturalis transmutatio organi, sicut dicitur, quod ira est accensio sanguinis circa cor, &c. Vltèrius supponendum est huiusmodi transmutationem corporalem debere proportionari affectioni animæ à qua occasionaliter, & per accidens dimanat, vnde sicuti ex timore, vel tristitia oritur frige factio, & contractio per quam pori corporis constringuntur, vt docet D. Thom. citata q. 26. de veritate art. 3. in corpore, ita è contra ex amore, delectatione, & gaudio ipsius animæ, oritur etiam modo dicto calor, liquefactio, & dilatatio organi corporalis, per quam pori corporis dilatantur, vt docet idem D. Thom. 1. 2. q. 28. art. 5. experientiaque ipsa comprobatur.*

5. 5. Ex dictis ergo deducitur ratio eius, quod dicebamus, cum enim ex amore, & delectatione,

Statione, gaudioque animæ circa spirituales res, oriri possit saltem per accidens transmutatio in organo corporali, secundum calorem, liquefactionem, & dilatationem, inde est quod semel supposito hoc calore, & dilatatione in corporali organo, maximeque adiuncta naturæ debilitate, possint aliquando, etiam nulla præcedente, vel præsentis imaginatione turpi, in ipso corporali organo insurgere, etiam renuente voluntate, motus sensuales, & turpes, imo & in aliquibus, in quibus virtus retentiva seminis fuerit debilis, poterunt tales motus vsque ad eius effusionem omnino inuoluntariam, imo & ipsis incognitam peruenire, vt citatus Magister Basilius Legionensis, vbi supra bene adnotauit, docuitque expresse Abulensis in Mathæi 4. quæst. 68. ad 5. his verbis: *Calefacto corpore insurgit in homine motus libidinis, etiam sine aliqua imaginatione præcedenti, vel præsentis, & iste motus est purus naturalis, nec habet rationem peccati.* In similibus ergo casibus loquitur Mysticus noster Doctor, cuius proinde doctrina securissima, & verissima est.

Potest que id ipsum amplius confirmari ex eo, quod iuxta communem Doctorum consensum, huiusmodi seminis effusio ex corporis debilitate, nulla alia præcedenti causa oritur, quod adeo verum est, vt asserat Abulensis in cap. 15. Leuiti. quæstione 2. & paradox. 1. capite 45. quod ieiunantes potius nocturnam patiuntur pollutionem diebus quibus ieiunant, quam diebus quibus comedunt abundanter, & potissimum, cum ante accubitum aquam solum biberint, non quidem, quia ex hoc materia seminalis multiplicatur, sed quia ex inde virtus retentiva seminis laxatur, & debilitatur. Illi ergo in quibus similis naturæ debilitas reperitur, (de quibus in hac propositione expresse loquitur Mysticus N. Doctor) nihil mirum, quod propter qualis immutationes corporales, etiam si ex læticia, vel delectatione spirituali accidentaliter modo dicto proueniant, patiantur prædictos motus, ipsismet secundum superiorem partem illos respicientibus, imò & aliquando nescientibus, & absque vlla imaginatione turpi præcedente, vel præsentis.

Accedit alia ratio id ipsum suadens, quia scilicet proprius vnus cuiusque naturalis amor in quauis re quantumuis sancta aliquid suum requirere solet, quod optime notauit Taulerus serm. vnico Dominicæ 16. post Trinit. vbi sic habet: *Hic enim noxius amor semper aliquid suum requirit, hacque de causa, & concionibus interest, & Venerabile percipit Sacramentum, vt videlicet aliquid suum accipiat. qui aures habet audiendi audiam, &c.* Quod adeo verum est, vt Rosignolius lib. 3. de disciplin. Christian. perfe& cap. 6. loquens in proprijs terminis ad rem nostram dixerit: *Voluptas quæ ex spiritu dulcedine fluit, quæ nobis ipsis maxime placere solemus, magis nutrit amorem nostris, quam illecebræ rerum mundanarum, &c.*

Hinc ergo fit, vt cum anima gaudium, & spiritualem delectationem, ac voluptatem in diuinarum rerum contemplatione percipit, ibi etiam naturalis amor quasi insensibiliter, ipsaque anima, vel nesciente, vel repugnante, aliquid sibi proprium requirat, & ideo facile ex tali naturæ desiderio, & appetitu labitur imaginatio ad representandum taliter aliquod obiectum, etiam si aliàs in se ipso sanctum sit, vt delectationem libidinofam excitare possit, vnde turpis motus in inferiori parte, reluctante, vel nesciente ipsa anima insurgunt, nam is qui gaudio, & læticia afficitur, vicinam quandam dispositionem habet ad hoc, vt obiecta libidinosa, vel modo libidinosa

B.
Joannis
à Cruce

Opera
Mystica

NVI

128

ei proponatur, sic attestante D. Gregorio lib. 29. Moral. cap. 12. ibi: *Quia etenim latius voluptas iuxta est, letis moribus luxuriam proponit.*

3. Consulto autem omittimus rationem aliam, quae defumitur ex malignitate, & arte, ac impugnatione Dæmonis, immitentis in phantasia orationis tempore representationes turpes, ut inde turpes motus excitentur, qui animam ab ipsa contemplatione auertant: hanc ergo rationem consulto omittimus, quia & si verissima sit, communique Sanctorum Patrum, & Doctorum Catholicorum consensu comprobata, quorum testimonia passim occurrentia modo referre non oportet, eandemque rationem secundo loco assignet Mysticus noster Doctor, inter tres rationes, quas initio illius c. 4. ubi hæc doctrina continetur, proposuerat, tamen de hoc nullus unquam dubitavit, nec id ab aliquo notatum est, sed solum difficultas aliqua esse potuit in prima illa ratione, quam in principio eiusdem capituli assignat IOANNES noster, nosque in principio huius præfiximus, quam proinde dumtaxat elucidandam, & explicandam suscepimus, eiusque legitimum sensum verissimum esse, & ab omni sinistra suspitione omnino liberum optimæque doctrinæ, tam à Theologis, quam à Philosophis communiter receptæ, necnon, & experientiæ omnino conformem esse constat, quod pro eius securitate, & elucidatione satis superque erat: sed pro maiori abundantia, & ut consuetum ordinem seruemus, plura Sanctorum Patrum, & illustrium Doctorum testimonia, in quibus hæc eadem doctrina Venerab. nostri IOANNIS expresse continetur, subiungemus.

§. III.

Testimonijs SS. Patrum, & illustrium Doctorum eadem doctrina corroboratur.

7. ET in primis habemus de hac re illustre, & expressum testimonium in D. Gregorio lib. 10. Moralium c. 8. ubi sic loquitur: *Sæpe contingit, ut ad summam iam mentis spiritus eleuet, sed tamen hanc importunis carotens actionibus impugnet, cumque ad contemplanda caelestia animus ducitur, obiectu actionis illicitæ imaginibus reuerberatur, nam carnis reperit hæc stimulus sauciat, quem extra carnem contemplatio sancta rapiobat, celum ergo simul infernum sociatur, cum vnam eandemque mentem, & subleuatio contemplationu illuminat, & impunitas tentationis obscurat, ut & videat intendendo, quod appetat, & succumbendo in cogitatione trahit, quod erubescat. De caelo quippe lux oritur, infernus autem tenebris possidetur, in vno ergo celum infernusque redigitur, cum mens, quæ iam lucem patriæ superna considerat, etiam de carnis bello tenebras occultæ tentationis portat, &c. Idemque docet li. eiusdem operis c. 19. ubi sic in ipso orationis sacrificio importuna se cogitationes ingerunt, quæ hoc rapere, volunt colare vallum, quod in nobis Deo stantes immolamus. Vnde abraham cum ad occasum solis sacrificium offerret, resistens aues pertulit, quas studiosè ne oblatum sacrificium raperent, abegit; sic nos cum in altari holocaustum Deo offerimus, ab immundis hoc volucris custodiamus, ne maligni spiritus, & per se cogitationes rapiant, quod mens nostra offerre se Domino vtiliter sperat, &c.*

10. Id ipsum fatetur ex propria experientia D. Hieronymus in dialogo ad uictoriam Lucif.

Luciferianos, sic inquit: *Creberrimè in oratione mea, aut per porticus de ambulo, aut de fune-
re computo, aut abductus turpi cogitatione etiam que dictu erubescenda sunt, gero, &c.*

Consentit D. Bernardus tractatu de interiori domo ca. 40. sic inquit: *Cum ad cor-
meum redire volo, desideriorum carnalium turba, & multitudine vitiorum tentationibus suis cogi-
tationem meam dissipant, & intentionem cordis in oratione perturbant, & dum conuertitur ad Deum
post perpetrata vitia studeo, & contra hæc eadem vitia, qua perpetravi illum exorare conor, occur-
runt cordi phantasmata peccatorum, qua feci, & mentis meæ aciem reuerberant, confundunt ani-
mum, & deprecationis meæ vocem premunt, ita mala, qua feci cogitationi meæ suis imaginibus im-
pressa in ipsa meâ oratione me conturbant. Caterum quanto grauiore tumultu cogitationum car-
nalsium premor, tanto ardentius orationi insistere debeo, &c.*

Accedit D. Bonauentura de 5. processu Religion. ca. 5. vbi tale præbet documentum: *Sicut Abraham Deo iubenti sacrificia offerens, descendentes supra ea volucres ad lacerandum,
vel fœdandum solite abigebat, ita & nos ne aliquando in conuentu Dei appareamus vacui, quan-
do cumque sacrificia ei offerentes bona voluntatis, bona actionis, bona locutionis, sacre meditationis,
& pia affectionis volucres, ad est, malarum cognitionum, & afflictionum statim abigere debemus, ne
ea nobis dissimulantibus aliquatenus maculent, & Deo ingrata efficiantur, & nobis inefficacia ad
meritum, & spirituales profectum, &c.*

Hoc idem documentum præbuit S. Mater nostra THERESIA Mansioni 2. cap. vnico, vbi sermonem instituit de oratione illius Mansionis propria, sic inquit: *Pro-
curemus, quam possumus accuratissime, agere quod in nobis est, & ab animalibus illi venenatis
caueamus: sæpe namque nos Dominus à malis cogitationibus & ariditatibus impugnari vexarique
sinit, vt eas à nobis ipsi displicere non possimus.*

Id ipsam adnotauit D. Ioan. Climacus gradu 11. qui est de incorruptibili castita-
te, sic inquit: *Persecutemur, & diligenter metiamur atque obseruemus, qua nobis, dum psallimus
inunditas ac suauitas ex fornicationis spiritu, quenem vero ex spiritualibus eoloquijs atque ex eo-
rum virtute & gratia obueniat: noli diueneris tibi ipsi occultus & ignotus esse. Vidi enim quosdam
dum ex animo pro suis charis & dilectis orarent, ex huiusmodi memoria in concupiscentiam præcipi-
tatos, charitatis legem se implere putasse, &c.*

Accedit S. Diadochus Episcopus, cuius opera habentur tom. 5. Veterum Patrum
cap. 88. de perfectione spirituali, sic inquit: *Sic igitur accidit, vt anima honesta, & non
honestæ eodem puncto temporis cogitet, sicut homo cuius exemplum supra posuimus, eodem temporis
spatio friget, & tepescit, ex quo enim mens nostra in duplicem cognitionem delapsa est, necesse habet,
vt eodem momento quamuis nolens honesta, & turpia cogitata ferat, & præsertim, qui ad subtili-
tatem discernendi veniunt. Semper enim, vt mens properat aliquid honesti considerare, continuo
subit recordatio mali.*

Confirmatur id ipsum exemplis S. Cathar. Senensis, & S. Brigittæ, de quibus refert
Blosius cap. 4. monialis spiritualis, plures motus, & cogitationes inhonestos, & turpes
etiam tempore lacæ communionis, & spiritualium exercitiorum passas fuisse, ex
quibus non paruum dolorem, & molestiam capiebant; ac proinde non in earum de-
meritum, aut culpam, sed potius meritum cedebant, & idè ipse Deus prædictæ S.
Catharinæ dolenti, & afflictæ dixit: *Cur te ipsam crucias, si tibi molesti sunt, ecce ipse præsens
adsto. Idemque refert ex se ipso Palladius in historia Lausiaca, & in lib. qui Vitæ Pa-
trum dicitur, plura ad hoc propositum exempla passim reperiuntur.*

Tan-

B.
Joannis
à Cruce

Opera
mystica

NVI

128

14.

Tandem doctrinam hanc in sensu explicato docent plures Theologi, videlicet Ioannes à Iesu Maria tract. 2. de schola orationis dub. 46. Thomas Sanchez lib. de Matrimonio disp. 45. num. 4. ubi ex communi Doctorum sententia, inter occasiones, ex quibus sine culpa nostra oriri solent motus inhonesti, & turpes, numerat occasionem, sic inquit: *Constat inter omnes Doctores, quoties pollutio sequitur prater intentionem ex aliqua causa necessaria, vel conuenienti corpori, vt est cibus, vel potus moderatus, aut animi, vt orare, studere, &c. nullam esse culpam non desistere à causa illa, &c.* Quod idem alij Doctores asserunt, ac denique id ipsum docet, approbans hanc propositionem Mystici nostri Doctoris, Magister Basilius Legionensis in Defensorio sæpè citato, propositione 18. & ideo nulla potest rationabilis suspicio suboriri de huius doctrinæ veritate, & feceritate, neque turpis error Illuminatorum potest ex vi huius propositionis Mystico nostro Doctori imputari cum potius, vt demonstratum est, huic errori in hac eadem propositione omninò aduectetur, eundemque in suis libris passim damnet, quatenus frequentissimè rigidam mortificationem internam, & externam, bellumque continuum contra carnem, & sanguinem, efficaciter suadet.

C A P V T XI.

ELVCIDATUR PROPOSITIO VNDECIMA,
Sanctorumque Patrum & illustrium Doctorum
testimonijs corroboratur.

1.

DEVENIAMVS iam ad vndecimam propositionem, quæ notata fuit in Mystico nostro Doctore, habeturque lib. 2. operis inscripti *Nox Obscura*, c. 16. in principio, ubi sic inquit.

Obscuritas, de qua hoc loco loquitur anima, circa appetitus & potentias sensiuas interiores & spirituales (sicuti iam diximus) versatur, qua omnes in Doctrina ista in suo lumine naturali obscuratur: vt hoc lumine repurgato, possint supernaturali lumine illustrari. Appetitus siquidem sensiuus & spirituales consopiti sunt & mortificati, nec valent rem aliquam siue diuinam, siue humanam dulciter degustare, affectus animæ oppressi & coarctati, nec sese mouere aut alicui rei inuiti possunt imaginatio ligata, nec aliquem discursum aptum formare potest: memoria exstincta: intellectus obtenebratus, & quod hinc sequitur voluntas etiam arida & angustiata, vniuersa potentia euacuata, & super omnia densa quadam & onerosa nube animam premit, qua illam coarctat, & quasi à Deo alienat.

§. I.

Doctrina huius propositionis Sanctorum Patrum, & illustrium Doctorum testimonijs confirmatur.

2.

PROPOSITIONEM hanc ideo aliqui difficilem & duram, minusque veram existimauerunt, quia censent animas iustas ad Dei vnionem media oratione, & contra-

platione tendentes, nequaquam in tot tantisque spiritus angustijs, amaritudinibus, anxietatibusque à Deo constitui, sed potius faciliori, ac suauiori via duci, prædicta quoque angustias non nisi peccatoribus in suorum vitiorum pœnam euenire.

Cæterum hæc existimatio experientia defectum manifestè indicat, cum potius ij, qui huiusmodi animas iustas, & ad summam perfectionem aspirantes, spiritualiter tractant, plerumque veritatem huius doctrinae in eis experimento comperiant, quia re vera confuetus Dei stylus est medijs his amaritudinibus, internisque angustijs, & afflictionibus animas sibi charas purificare, sicut in igne purgatur aurum, & argentum, vt sic iam purificata, & mundata, atque à semetipsis omnino quasi deficientes, cum Deo, qui summa puritas est, perfectius coniungi, atque in ipsum transformari valeant, & ita adimpleatur illud Prouerb. 17. num. 3. Sicut igne probatur argentum, & aurum camino, ita corda probat Dominus.

Vnde doctrinam hanc communiter docent SS. Patres, inter quos Diu. Bernardus lectm. 3. de Resurrectione, loquens de personis, spiritualibus exercitijs pœnitentia deditis, sic inquit. Sunt quibus nondum surrexit Christus, qui in laborum anxietate, & afflictione pœnitentia morte afficiuntur tota die, nondum spirituali consolatione recepta, sed nisi breuitati fuissent dies illi, quis posset sustinere, &c.

Consonat D. Gregorius lib. 3. moral. cap. 15. explicans illum Psalm. 40. Vniuersum stratum eius verasti in infirmitate eius. Super quem locum sic inquit: Cum enim quisque curis secularibus fatigatus, deserere per diuinam gratiam huiusmodi itinera laboriosa compungitur, cogitare solet quomodo præsens vita desideria fugiat, & ab eius laboribus requiescat, sibi que mox desiderata quietis ordinem querit, & velut quoddam stratum, sicut à cunctis laboribus cessationis lucem inuenire concupiscit, sed quia in hac vita adhuc homo positus in cuiusvis ordinis loco, in cuiuslibet secreti secessu, viuere sine tentationibus nullatenus potest, plerumque in id, quod ad requiem constituitur, maior dolor tentationis inuenitur. Vnde, & rectè per Prophetam dicitur: vniuersum stratum eius verasti in infirmitate eius, ac si diceret: omne quod quis sibi parauit ad requiem, hoc ei inuasti occulto iudicio ad perturbationem: Quod pio quidem Dei consilio agitur, vt huius peregrinationis tempore electorum vita turbetur, &c. Et post pauca concludit: Vnde electis suis ad se pergentibus Dominus huiusmodi iter asperum facit, &c. Has autem afflictiones, & tribulationes specialiter personis contemplatiuis euenire docuit idem Gregorius lib. 2. in Ezechiel. homilia 14. ibi: Hinc est, quod plerumque qui plus in contemplationem rapitur, contingit, vt amplius intentione fatigetur, sicut quibusdam sapè contingere bene proficientibus solet, quorum mentem, dum aut compunctio afficit, aut contemplatio super semetipsum rapit, statim etiam tentatio sequitur ne de his, ad quæ rapta est extollatur, nam compunctio, vel contemplatione ad Deum erigitur, sed tentationis sua pondere verberatur ad semetipsum, quatenus tentatio aggrauet, ne contemplatio in se, &c. Et lib. 20. Moral. cap. 19. explicans illud Iob 30. Non fuit qui ferret auxilium, sic de hac re loquitur: Qua itaque ratione nunc dicitur non fuit qui ferret auxilium, nisi quia Omnipotens Deus eos quos in aeternum diligit, aliquando ad tempus relinquit, sanctos eorum suos Dominus inueniendo adiuuat, relinquendo probat, donis firmat, tribulationibus tentat, vnde rectè quoque per quendam sapientem dicitur, in primis elegit eum, timorem, & metum, & probationem inducet super illum, & excruciat illum in tribulatione doctrinae suae, donec tentet illum in cogitationibus illius, &c.

B.
Joannis
à Cruce

Opera
Mystica

NVI

128

4.

Accedit D. Bonauentura de 4. processu Religionis, qui postquam in 3. processu & in 1. cap. processus 4. ostenderit qualiter Deus consolationes spirituales incipientibus infundat; statim à c. 2. incipit enarrare graues tentationes, & angustias, quibus proficientes premit, vt ad perfectionem secure pergant, & ideo plures tentationum species enumerat, inter quas Prima est (inquit) subtractio, & inopia deuotionis, subtractio ergo singulari refugio homo quodammodo inermis expositus est hostibus tentationum, & ideo pauidus efficitur, & pusillanimis. Deinde verò ad 3. tentationum speciem accedens, sic inquit c. 4. Ex hoc sequitur alia tentatio, scilicet fastidij, qua fastidit homini omne bonum, & ad eum orare, legere, meditari, & ad eum audire bona, vel loqui, vel operari, vel interesse diuinis etiam, qua sine graui labore possit facere. Et post pauca subiungit: Hæc tentatio fastidij, dum non habet in spiritualibus delationem, & in carnalibus consolari renuit, sic nunquam inueniens refugium malo maiore confirmatur. Et ulterius progrediens in cap. 5. grauiorem aliam tentationis speciem assignat his verbis: Sequitur alia tentatio grauis impatientia contra Deum, quare tam durus, & importunus sit tribulatio, quare tam parcus in dando gratiam egeno, & tam anxie petenti, & tam importune pulsanti? Et hæc tentatio quandoque tam valida est, quod quasi insanit homo, & palpat ex vehementi mœore, quia ibi non inuenit solatium, quod deberet esse vnicum refugium in oratione, & in tanta suppositione. Et in eodem capite sic concludit: Calum quasi æneam sentitur, &c. Ac tandem in cap. 7. de alijs acerbissimis tentationibus mentionem faciens, sic inquit: Acerbissima tentationes videntur, hæc in fide catholica, & desperatio de Dei misericordia, & spiritus blasphemia contra Deum, & Sanctos, & tentatio inferendi sibi manus, & se perimendi, & quadam perplexitas querulosa conscientie medicinale consilium non admittendi, &c.

5.

Id ipsum optime ostendit exemplum, & doctrina S. Mat. nostra THERESIE, de qua Reuerendissimus Fr. Didacus de Yepes Episcopus Tirafionensis eius Confessarius in eius vita lib. 1. cap. 12. sic refert: In his etiam tenebris se abdebat demon, & eius poenitentia multo maiores addebat, mille impietas ei representando, vt persuaderet eam à Deo separatam, & improbatam esse, idque tam sensibili atque intolerabili spiritus angustia, vt nulli rei apertius comparari posset, quam poenitentia & supplicij damnatorum in inferno: nulli enim in impetuosa hæc tempestate consolationibus reficiebatur, gratia quoque adeo latebat & abscondita erat; vt ne minimam illius scintillam cerneret, imo nec vnquam habuisse arbitraretur, quin imo bona qua celum egerat, & fauores, quos à Domino ante hæc receperat, vt somnium & phantasma videbantur: solum certabat multitudinem suorum peccatorum & defectuum, & reducebat nonnunquam Deus animam eius ad tales angustias, vt è cælo ei præter afflictiones nihil accideret, perimide ac si Deus ei terga vertisset, & à se recedisset, aut illi inimica foret, &c. Et post pauca subiungit: Si quid solatiij causa recitabat, erat ac si non recitaret: imo nec quod recitabat, intelligebat, nec se ipsam quidem, quod etiam in vocalibus precibus accidebat, nam ad mentalem insistentiam oratione, tempus erat importunum, vtpote potentis tunc penitus ad eam indispotus: imò maioris damni, & nocenti occurrat solitudo, quod aliud peculiare tormenti genus erat; ex alia vero parte nullius presentiam uocabat, & in laqueum admittebat: & ita, etsi magnam sibi vim inferret, aded tamen graue tedium præ se ferebat, & amaricationem, vt facile poenam & promereri illum afflictionem quis aduertere posset &c.

(†)

Insigni Sanctæ Matris nostræ THERESIÆ
testimonio id ipsum demonstratur.

SED melius erit id ipsum eiusdem S. Matris nostræ THERESIÆ verbis ostende-
re, ipsa namque cap. 25. lux vitæ, sic inquit: *Sed cum sola essem, nullum amicum habens,*
cuius alloquio me ipsam solaret, non poteram vel orare, vel in libro legere; sed ob tantam tribulatio-
nem & timorem, ne forte mihi cacodæmon illuderet, tota inquietæ & afflictæ, plane nesciens quid
tandem de me factura essem (& hanc quidem angustiam aliquoties, imò sæpè sensi, sed nunquam meo
iudicio ita gravem & excessivam ac tunc) quatuor aut quinque horas in hoc statu manebam, ut ne à
terra mihi villum; nec è cælo veniret solatium aut affligeret refrigerium; nisi quod Dominus me mil-
le inter periculorum timores consilium pati cerneret. Et cap. 1. Manl. 6. de hac re sermonem
etiam instituens, sic habet: *Quando vero insuper sequantur ariditates, aded quidem, ut nunquam
Dei recordata esse aut recordatur a deinceps unquam videatur. & quando de illius maiestate aliquæ
loquentem audis, perinde se habeat, ac si de aliquo qui adhuc procul inde abest, aliquid dici audiret;*
nihil vero sunt hæc omnia, nisi insuper illud accedat, quod se se non satis Confessarijs aperire ac decla-
rare, sed in errorem illos trahere ac decipere putet: & quantumvis quo ad hoc serio reflectat & vi-
deat ne quidem motum primo primum, quem non ijs aperiat, & esto ut quæta sit ei dicatur, nihil ta-
men inde iuuatur: etenim ita obsecratus est intellectus ut ad veritatem videndam potens non sit; sed
ad credendum dumtaxat, quod imaginatio ei representat & oggerit, tum quippe hæc ipsa domina-
tur, nec non ineptia, quas ei diabolus representare vult. Huic enim Dominus tunc proculdubio facul-
tatem concedit, ad eam probandum, eique persuadendum ipsam à Deo esse reprobatam. Multa quip-
pe sunt à quibus tunc impugnatur accedente tam sensibili acque intollerabili spiritus angustia, ut cui
ea à stimulari possit nesciam, nisi forte in inferno damnatorum pœnis & supplicijs: nullus enim hæc
tempestate durante consolationibus admittendis est locus. Deinde si librum aliquem esto vernacula
lingua scriptum ad legendum in manus acciperet, non magis illum intelligere poterat, quam si legere
nesciret, eo quod intellectus ad hoc tunc minimè dispositus erat, sed planè ineptus. At quid tandem a-
get misera hæc anima si quando ad multos dies in hac afflictione & miseria agere oportebit? nam si
horas recitet, perinde est ac si non recitaret (videlicet quantum ad ipsius solatium ac levamen faciat,
quia id ad interiora eius non penetrat) nec quid recitet intelligitur, ut nec ipsa se, esto vocale sit, quod
recitat, nam ut mentalem instituat, tempus hoc opportunum & conveniens non est, quod facultates
anime ad eam neutiquam dispositivo sint, porro ut quis quod tunc patitur, verbis exprimat (ut verum
fateri) est propterea impossibile: sunt namque angustia & pœna spirituales, qua quo dicantur nomine,
vix quiquam sciat &c. Quibus in verbis spirituales hæc tempestatem, amarissimamq;
afflictiones optimè depingit, ac fere coincidunt eius verba cum verbis Mystici nostri
Doctoris in hac propositione.

Hæc autè referens citat. Episc. Tirasiensis ubi supra, sic subiungit: *Hi labores & an-
gustia duobus annis durarunt, et si nõ semper in eadẽ intensione & eodẽ modo. Est ordinaria via hæc a-
riditatis & obscuritatis in magis sanctitatis viris; nec non maxime laboriosa ac terribilis huius con-
versantur cum Deo: cum n. in intimo anima se abscondat, & quasi in nube quædam & tenebris obscuris
lateat, ex altera autè parte omnè di. cursum intellectus & gustus, nec nõ delectatione seu affectu volun-
tatis ab eis auferat, ut sentiat sibi in deserto seu solitudine & obscuritate maxima sine Deo morari: et si
ve. um sit Deum tunc maxime presentem esse, licet magis lateat, per hæc tenebras in quibus anima iacet*

B.
Joannis
à Cruce

Opera
Mystica

NVI

124

operando, & expurgando eam ab imperfectionibus, vt sese dignam reddat. Beatus ille S. Franciscus adeo per duos annos afflictus fuit (vt eius refert historia) & quandoque ita fatigatum, & desolatum se sensit, vt nec cuiusquam fratris colloquium pateretur. Res sane certum est hanc solitudinem, morbras, & derelictionem à Deo, maximam esse crucem, quam sancti experiri vnquam possint.

8. Id ipsum testatur sublimis ille Doctor Mysticus Taulerus sermone vnico in festo plurimorum Martyrum, sic inquit: Ad verum Dei amorem duplici via peruenitur, prima est delectatio affluentis gratia Dei; altera via resignationis, & crucis, seu afflictionis est, in omni homo spirituali solatio priuatur, estque hac via ariditatis, & siccitatis deuotionis, &c. (& infra) habent autem curas, & angustias multas in hac vita, adeo vt saepe ignorent, quo se, pra huiusmodi mororibus, vertere debeant, & nuda dumtaxat fidei, spei, charitatis, in obscura quadam caligine innitentur. (Et infra) Cumque manus ad hanc studium, & conatum adhibent, multo adhuc intus aridiores, & lapide duriores efficiuntur, ita vt nonnunquam vix ferant patienter, & magis magisque animo desiciantur, exerceanturque. (Et infra) Videtur autem illis non posse se non offendere Deum, vel per impatientiam, vel per desperationem, v. l. animi grauitatem, seu mororem, id vero dolent ex animo, cum odio habeant omnem iniquitatem, &c. Et post pauca de eisdem, sic subiungit: Vellent etiam, & percuferent ex animo vitia sua exstirpare, ac vincere, & exercere virtutes, sed non possunt, quod ipsum, & huiusmodi tantos interdum dolores, curas, angustias intus eis parit, vt sibi infernales penas pati videantur, id vero ex ingenti cordis ipsorum erga Deum amore, & fidelitate eis accidit, tamen si id ipsi de se ignorent. Vnde omnium, quos mundus habet se felicitissimos reputant, cum tamen coram Deo purissimi sint. Aliaque ad hoc propositum, tam ibi quam serm. 3. Dominicae post Trinit. & ser. vnico Dominicae quinquagesimae subiungit.

9. Eandem doctrinam tradit Rusbrochius de ornatu spiritualium nuptiarum ca. 20. dum sic ait: Exiens igitur homo iste, miserum ac desolatum sese conficit. Hic iam omnis auri astus imperius, & impatientia interit, & refrigescit, & feruens aestus transit in autumnum: & opes omnes in ingentem inopiam commutantur. Tum vero ex quadam erga se ipsam commiseratione, querulas reddit voces; quoniam amoris astus compunctio, laus, & gratiarum actio iucunda abscesserunt, vbi nam consolatione interna, intimo gaudio, & gustu sensibili delectatus sit, & qui tandem validus amoris astus, & dona omnia vnquam precepta, ita penetrantur, & inextincta sint. Nec secus iam cum illo agitur, quam cum homine erudito, sed qui postea scientiam, & operam omnem perdidit. Interim saepe numero ob huiusmodi iacturam natura perturbatur, & dollet, quandoque etiam Dei permissu homo sic desolatus insuper terrenis spoliatur rebus, aut amicis, & cognatis, & a creaturis omnibus derelinquitur; & quidquid habet sanctitatis in oblationem abis, ac nihil penditur: totamque vitam, & omnes eius actus in peiorem partem hominis interpretantur: contemnitur item, & despicitur ab ijs omnibus, quibuscumque viuit, interdum quoque diuersorum generum morbis corripitur, aut tentationibus corporalibus, vel quod omnium grauissimum est, spiritualibus saigatur. Sub hac igitur tanta paupertate constitutus iam casum ventis incipit, & quadam pulsatur dissidentia: qui est extremus, & vltimus terminus, in quo, extra desperationem, in gratia persistere quis possit.

10. Accedit Dionysius Carthusianus de remedijs tentationum lib. vnico ar. 35. vbi sic ait: Videns Satan nequissimus quosdam se non posse vincere per tentamenta, & peccata carnalia, nec per ea quibus naturalis ratio contradicit, talibus solet tentationes ingerere de quadam infidelitate, aut hastitatione circa veritatem fidei Christiana, quosdam incitat ad imaginandum

surpiter

turpiter de Christo, & Virgine gloriosa, vel ad cogitandum indecenter, ac indignè de Deo, siue ad blasphemandum, aliquos verò tentat, vt sibi ipsis manus injiciant violentas, ex animi merore, desperatione, aut radio vita; aliqui demum tentantur mira quadam mentis ariditate, ita quod celum aneum eis videtur terraque ferrea, & apparet eis quod sunt presens, &c. Idemque docet dialog. de instruct. nouitior. art. 4. & 5.

Consentit Venerabilis Frater Ildephonsus de Orozco libro secundo suarum confessionum, sic inquit: *Labores corporis se habent ad instar sicutum in muris ciuitatis, qui quasi ab extra feriunt, at tentationes spiritus feriunt & vulnerant intima, & sentiuntur viuacius.*

Quod etiam optimè docuit noster Ioannes à Iesv Maria in schola orationis tractatu 2. dub. 45. vbi sic quærit: *Quomodo ea se anima in oratione geret, qua summam quandam difficultatem sentit, vt vel vnum cum Deo loquatur verbum, idque propter odij, impietatis, blasphemiam & dissidentiam & alias multas, quibus eo tempore exagitur, tentationes, vel etiam scrupulorum, aliaque id genus, qua impediunt, quo minus sese Domino Deo applicare queat.* Et tractatu 4. num. 10. sic subiungit: *Circa tentationes autem blasphemiam notandum est furiosus diaboli conatus & contentio, ipsos Dei seruos in magnas impatientias contra sua instigatione precipitare solent. Tentatio hæc, quantum quidem intelligere potui, sola venire non solet, sed etiam vt plurimum comitantur ingens quedam mœstitia interior, tentatio ad desperationem, Dei odium diuine gratie contra castitatem vexationes cuius rei causa est, quia cum inferior hominis portio se grauius essetam, omnique consolatione & voluptate carentem cernit; aduersus rationem, & consequenter aduersus Deum, instar furens canis, eo immanius & atrocius insurgit, quo à diabolo magis instigatur &c.* Et infra, *Vnde tunc horrenda quedam cogitationes oboriuntur, quin etiam subinde in verba intemperantia ac dura homo prorumpit, sed solent hæc esse inuoluntaria & ineliberate effundi, propter tentationis impetum ac vehementiam, &c.*

Tandem hanc eandem doctrinam tradunt, & approbant communiter spirituales Magistri, vt Magister Auila tractatu 3. epist. spiritual. fol. nobis 154. Balthazar Aluarez, cuius circa hanc rem doctrinam refert, & approbat in eius vita Ludouicus à Ponte cap. 50. Aluarado in arte Bene Viuendi, lib. 2. cap. 52. Gerson lib. 3. de imitatione Christi cap. 55. ac tandem approbat in proprijs terminis propositionem hanc Magister Basilius Legionensis in Defensorio citato propositione 24.

Ex quibus omnibus satis constat id, quod initio huius cap. diximus, scilicet propositionem hanc, solum posse videri difficilem, aut minus veram ijs, qui & experientia, & Sanctorum Patrum spiritualiumque Doctorum lectione caruerint, cum ostensum sit, eandem prorsus apud ipsos reperiri, sapissimèque eam in personis iustis, & sanctis verificari.

C A P V T XII.

ELUCIDATVR DVODECIMA PROPOSITIONE, & Sanctorum Patrum testimonio corroboratur.

SEQUITVR iam elucidanda duodecima propositio, quam habet Mysticus noster Doctor in lib. 2. operis, quod inscribitur Nox Obscura cap. 24. vbi loquens de dispositionibus ad diuinam vnionem requisitis, sic inquit.

B.
Joannis
à Cruce

Opera
mystica

NVI

129

Ut ista duae portiones animae (spiritualis scilicet & sensitiva) ad divinam unionem amari
venire possint, necessarium est ut prius reformentur, ordinentur, & quantum ad sensus actus
& spiritualia, quietentur, ad normam status innocentiae, quae in Adamo reperiebatur; quantum
non vndequaque à tentationibus inferioris partis sit immunis.

§. 1.

*Verus, & legitimus propositionis sensus ex verbis My-
stici nostri Doctoris manifestè osten-
ditur.*

2. PRO elucidatione huius propositionis observanda sunt ultima illa verba: *Quam
non vndequaque à tentationibus inferioris partis sit immunis.* Ex quibus manifestè con-
stat, nequaquam Mysticum nostrum Doctorem asseruisse, debere vitam contem-
plativam ad hoc, ut ad statum unionis, qualis in hac vita haberi potest, perveniat,
obtinere perfectionem iustitiae originalis, quam Adamus initio suae conditionis ha-
buit, quamque per peccatum, tam pro se, quam pro omnibus posteris perdidit, ut
constat ex Concilio Milevitano, & Arausico 2. & Tridentino sess. 5. decreto de
peccato originali num. 1. & 2. demonstrantque scholastici cum Magistro in 2. dist.
18. & 30. & D. Thom. 1. 2. q. 81.

Ex praedictis igitur verbis Venerabilis nostri IOANNIS constat, nequaquam
ipsum perfectionem hanc iustitiae originalis viris contemplativis tribuisse, siquidem
in praedicto statu iustitiae originalis erat contradictio partis inferioris ad superiorē,
ex qua contradictione tentationes suboriri possent, ut colligitur ex Concilio Tri-
dentino loco citato, ubi asserit huiusmodi contradictionem, & rebellionem expec-
tato, ortam fuisse, docentque D. Aug. lib. 14. de Civitate Dei, c. 10. & 17. & lib. 4. con-
tra Iulianum c. 13. D. Thom. 1. p. q. 95. art. 2. quem sequuntur Caietanus, Sorus, Me-
dina, Conrad. pluresque alij Theologi, quos refert, & sequitur Curiel 1. 2. q. 89. art. 3.
§. 3. & Suarez tom. 1. de gratia prologo. 4. c. 2. an. 3.

3. Et ex eisdem etiam verbis manifestè colligitur nequaquam Mysticum nostrum
Doctorem voluisse tantam perfectionem praedictis viris contemplativis concede-
re, ut omnino impeccabiles redderentur, sicut haeretici Illuminati assererent, (ut con-
stat ex eorum erroribus relatis supra in prima Elucidationis parte cap. 8. num. 10.)
cum enim Venerabilis noster IOANNES admittat in illo sublimi statu contempla-
tionis tentationes aliquas ex rebellionē inferioris partis provenientes, consequenter
etiam potentiam ad peccandum relinquit, maximè cum hanc potentiam habuerit
Adamus in statu iustitiae originalis, ut docet D. Augustinus lib. de correctione & gra-
tia cap. 11. experientiaque ipsa compertum fuit, cum de facto peccaverit, sicut
peccato iustitiam originalem amiserit, & quamvis aliquibus ex speciali privilegio
confirmationis in gratia, potentia ad peccandum mortaliter in sensu composito, cum
& Beatae Virgini ad peccandum venialiter ablata fuerit, hoc tamen privilegium ne-
quaquam pro viris contemplativis exigit, siquidem nullum verbum ex quo id colligatur

gitur apponit, & ideo nullo modo fauet erroribus Illuminatorum tale privilegium sibi inane, & temere adferentibus.

Vinde verus, & legitimus sensus huius propositionis, quem ipsa verba satis expriment, est, viros contemplativos, qui ad illum sublimem statum unionis cum Deo, qualis in hac vita haberi potest, perveniunt, obtinere quãdam similitudinem in subiectione partis inferioris ad superiorem, cum perfectione status innocentie, similitudinem, inquam, non omnimodam propter ea, quã dicta sunt, sed aliqualem, quatenus rebellio, seu cõtradiçtio partis inferioris ad superiorem aded minuitur per assuefactionem subiectionis, ac debitæ obedientie virium inferiorum ad superiores, & per continuum mortificationis ac negationis exercitium, ut iam raro, & debilitate talem cõtradiçtionem sentiant, & ita maxima quadam quiete, & rectitudine gaudeant.

§. II.

*Eadem doctrina testimonijs SS. Patrum, & illustrium
Doctorum comprobatur.*

QVAM doctrinam communiter docent SS. Patres & Doctores Catholici, & ideo D. Thomas 2. quæstione 59. art. 5. & quæst. 61. art. 6. loquens de virtutibus quas vocat purgati animi, sic inquit: *Quædam vero sunt virtutes, iam assequendum divinam similitudinem, quæ vocantur virtutes purgati animi; scilicet quod prudentia sola divina intueatur, temperantia terrenas cupiditates necias, fortitudo passiones ignoret, iustitia cum divina mente perpetuo sedere societetur, eam scilicet imitando, quas quidem virtutes diximus esse Beatorum, vel aliquorum in hac vita perfectissimorum.* Et quæstione unica de virtutibus artic. 4. ad 7. sic inquit: *Tota rebellio irascibilis, & concupiscibilis ad rationem tolli non potest per virtutem, cum ex ipsa natura irascibilis, & concupiscibilis in id, quod est bonum secundum sensum, quandoque rationi repugnat, licet hoc possit fieri divina virtute, quæ potens est etiam naturas immutare, nihilominus tamen per virtutem minuitur illa rebellio in quantum prædictæ vires assuescunt, ut rationi subdantur.* Et artic. 10. ad 14. sic inquit: *Passiones ad malum inclinantes non totaliter tolluntur, nec per virtutem acquisitam, nec per virtutem infusam, &c. Sed tam per virtutem acquisitam, quam infusam huiusmodi passiones modificantur, ut ab his homo non effrenatè moveatur.*

Id ipsum docuit Bonavent. deluminar. Ecclesie serm. 1. *Prudentia purgati animi est divina, non quasi in electione præferre, sed sola nosse, & hac tanquam nihil aliud sit, intueri. Hæc prudentia fuit præcipue in Apostolo Paulo, & Beato Francisco (& inferius) Fortitudo purgati animi est passiones per impassibilitatem ignorare, non vincere, ut necias irasci, cupiasque nihil, hæc fortitudo fuit præcipue in Virgine gloriosa, & Virginibus, Martyribusque, sacris Agnetæ, Agathæ, Lucia, Cecilia, Catharina, Prisca, Christina, (& inferius) Temperantia purgati animi est terrenas cupiditates nõ reprimere, sed penitus obliuisci, id est, non sentire, ut patet in cõtemplativo Fr. Aegidio (inferius) Iustitia purgati animi est, ut cum supera divina mente superare, ut seruet perpetuum sum ea sedes imitandum. Quam etiam perfectionem Sanctus Doctor de 7. processio.*

Religi.

B.
Joannis
à Cruce

Opera
Mystica

NIV

128

Relig. capite 15. sic declarat: Hac est hominis in hac vita sublimior perfectio, ita vniti Deo, ut tota anima cum omnibus potentis suis, & viribus in Deum collecta vnus spiritus fiat cum eo, ut nihil meminerit nisi Deum, & omnes affectus in amoris gaudio vniti, in sola conditoris fruitione suaviter quietant, &c. & paulò inferius subiungit. Quamuis autem omnes virtutum conatus ad hanc perfectionem tendere videantur, tamen specialiter orationis studium ad hoc nititur, ut anima toto affectu, & intellectu, & memoria in Deum feratur. quia alij postposita anima soli Deo inherere desiderat cum orat. vnde orationis perfectio est, cum anima illud obtinet ad quod orando tendit, ut tota ab infimis abstracta solis iungatur diuinis, nec volens, nec valens aliud sentire nisi Deum, vbi verè quiescit anima, ibi delectatur in splendore lucis, & amenitate diuina dulcedinis, & in securitate pacis, &c.

7. Hac spectat diuisio illa, quã idem D. Bonauent. opusc. de 7. itiner. æternitatis dist. 3. adducit ex Ricar. de S. Victore in prolog. ad lib. de Trinitate, & lib. 5. de contemplatione cap. 12. necnon, & ex auct. lib. de spiritu, & anima tom. 3. apud Augustinum, ex quorum mente triplicem gradum spiritus distinguit, scilicet spiritum in spiritu, spiritum supra spiritum, & spiritum sine spiritu; ex quibus gradibus primum sic ex Ricar. declarat. Spiritus in spiritu esse, tunc rectè asseritur, quando exteriorum omnium obliuiscitur pariter, & ignarus est omnium eorum, quæ in corpore corporaliter aguntur, & illa solum intelligit per memoriam, vel intellectum, quæ in spiritu, & circa spiritum aditantur, vel hoc est spiritum in spiritu esse, semetipsum intrare. & intra semetipsum totum colligere, & ea, quæ circa carnem, seu etiã in carne geruntur interim penitus ignorare, &c. Ecce qualiter quandã ignorantiam contradictionis, seu rebellionis carnis aduersum spiritum in vitis perfectis constituit, eamque doctrinam tradit itiner. 4. dist. 5.

8. Sed adhuc strictius de hac re loquutus fuit D. Amb. octonario 22. in Palm. 118. vbi explicans illud Cant. 5. Exui tunicam meam, quomodo induam eam: laui pedes meos, quomodo inquinabo eos, sic inquit: veteris igitur hominis vestimentum vitis erroris intextum in lacu acris regeneratione depositum, nescis quomodo possit induere. studio enim correctionis volenter ad vitium peccatorum, tanta vis consummate emendationis est, ut in quandam puritatem redat spiritualis etatem, qua vis erroris ignoret, crimen etiam si velut non possit admittere, quia desuperat usum nosse peccandi, &c. Quæ verba quamuis per quamdam exaggerationem dicta sint, tamen optime ostendunt perfectionem maximam, ad quam in hac vita potest anima Dei gratia peruenire.

5. III.

Alijs Sanctorum Patrum, & Doctorum illustrium testimonij, & exemplis eadem doctrina confirmatur.

9. Id ipsum optime declarat D. Dionysius Areopag. in epist. cuius titulus est Ioanni Theologo Apostolo, & Euangelistæ exulanti in Pathmo insula, vbi sic loquitur: Ego quidem, nunquam ita auiens sum, ut aliquid pati arbitrer, sed corporis mala hoc tantum, quod te dyaboles sentire credo, &c. Et paulò antea dixerat reperiri viros ad eum spirituales, ut

venereantur appellari. Liberi ab omnibus malis Dei amore impulsī, qui ab hac principium futura efficiunt, cum inter homines Angelorum vitam imitentur in omni animi tranquillitate, & Dei nominis appellatione, &c. Quibus in verbis adhuc maiorem perfectionem, quam Venerabilis noster IOANNES in propositione, quam elucidamus, constituit.

Ad hunc autem gradum virtutum animi purgati, in quo nulla, aut ferè nulla partit inferioris contradictio, aut rebellio sentitur, multi Sancti peruenierunt, specialiter verò id de S. Matre nostra THERESIA affirmant, & late probant sacræ Rotæ Auditores in secunda relatione iam typis mandata, quam summo Ecclesiæ Pastori Paulo V. scelicis recordationis pro eius canonizatione fecerunt articul. 2. §. 2. & sequentibus, & ideò nihil mirum, quod perfectionem hanc Mysticus noster Doctor in illis, qui ad summam cum Deo vñionem in hac vita peruenire debet, assignet.

Consonat Albertus Magnus in lib. de adhærendo Deo cap. 8. vbi hanc eandem similitudinem, cum statu innocentie in his, qui per creaturarum abstractionem, & denudationem ad Dei vñionem tendunt expresse constituit his verbis. *Quanto magis magisque te nudaueris à phantasmatibus, & omnibus rebus mundialibus, & creatis, ac per bonam voluntatem intellectu Deo vnitus fueris, tanto magis ad statum innocentie, & perfectionis appropinquas, &c.*

Tandem id ipsum docuit Ioannes Rusbrochius in tabernaculo fœderis cap. 19. vbi sic loquitur. *Quarta denique proprietas, qua spiritus nostri simplicitas æternum possidetur à Deo, illius essentialis est intra nos existentia, qua quidem proprietas, & ipsa in nos trahit: enimvero in sese nos attrahit, efficitq; nos à nobis ipsis aberrare in infinitum, ac abyssalem quamdam, & incognitam caliginem, vbi tunc nos ipsos in vastissima, ac deserta amittimus solitudine, amittendo autem nos ipsos beatitudinem inuenimus, & inueniendo eligimus, & eligendo eligimur, atque inter eligere hoc, & eligi innocentia nascitur, qua quarta proprietas est, in qua virtutes omnes, & inchoantur, & consummantur, per innocentiam enim, vsque ad eam in nostram demergimur electionem, tanque fortiter amore in Deo capimur, constringimur, & complectimur, vt nihil aliud, nec possumus, nec velimus, nec sciamus, quam in omnem æternitatem cum amore in ipso permanere, quod ipsum, & in omni essentia, & cunctis actibus simplices, & expeditos nos efficit.*

Denique hanc eandem perfectionem assignat Dionysius Carthusianus de vita incluserum lib. 1. art. 14. sic inquiens: *Hac autem vita Deiformis, atque clarissima est, idcirco mens humana non est ad eam apta & digna, nisi fuerit à passionibus vitisq; purgata, virtutibus exercitata, ad illustrationes diuinas bene disposita. Passiones vero anime non sunt nisi quadam affectiones appetitus sensitivi in homine, propterea reformatio passionum consistit in hoc, vt homo non afficiatur ad aliquam rem sensibilem, transitoriam, seu carnalem, nisi secundum recta rationis iudicium. Recta quoque ratio iudicat vniversa sensibilia, & terrena ordinanda esse ad spiritualia, & æterna, imò ad Deum sublimem, & benedictum, ita vt homo non plus amet, querat, cupiat, colligat, aut teneat ista sensibilia, & caduca, quam sibi necessarium extat, aut vile ad bene viuendum, ad complacendum Domino Deo, ad spiritualem profectum, sicque in nullius rei creatæ inordinata, aut immoderata affectione maculet mentem, nec sit in anima inordinata delectatio in rebus caducis, nec timor superfluus eas perdendi, nec excessiuus dolor de amissione earum, nec desiderium inordinatum ad ipsas habendas, sed nec ad famam, aut gloriam, honoremque temporalem, atque inanem homo afficiatur, nec de sua diffamia, despectione, aut inhonoratione immoderanter curet, aut contristetur, imò potius gaudeat, &c.*

B.
Joannis
à Cruce

Opera
mystica

NVI
122

Ex quibus omnibus satis superque constat, perfectionem hanc, quam in hac propositione assignat pro viris perfectis Mysticus noster Doctor similem innocentiam, quo ad ordinationem, & quietem passionum, & quasi cessationem contradictionis portionis inferioris ad superiorem, hanc inquam perfectionem assignari etiam communiter à SS. Patribus Ecclesiæ Doctoribus, in qua proinde doctrina nulla offensionis iusta occasio esse potuit, quia reuera iuxta legitimum eius sensum à nobis supra explicatum, quem ipsamet propositio aperte declarat, verissima est, de qua iterum redibit sermo, magisque confirmabitur infra cap. 14. in elucidatione 14. propositionis.

CAPUT XIII.

PROPOSITIO DECIMATERTIA ELUCIDATUR, eiusque manifestus sensus ex communis doctrina comprobatur.

DECIMATERTIA propositio habetur in libro qui inscribitur *Flamma amoris viua*, Cant. 1. vers. 1. ubi loquens de actibus amoris, quos exercet anima in illa sublimi transformatione, quam in altissima contemplatione cum Deo habet, sic loquitur.

Vnde actus isti amoris, immensi sunt valoris, plusque eorum vno promeretur anima, quam aliis multis, quos sine transformatione ista elicerat.

Propositio hæc adeo est manifestè vera, & Theologorum doctrinæ conformis, ut mirum sit potuisse aliquem in Theologia etiam scholastica mediocriter versatum in illa offendere; & ideo non est cur in eius elucidatione immoremur, sed solum recollere oportebit communem, & certam doctrinam Theologorum cum D. Thom. 2. 2. quæst. 24. artic. 6. ubi tanquam certissimum ab omnibus statuitur, meritum essentialis præmij, eo magis crescere, quo actus charitatis fuerit intensior, imò valde probabile est actus remissos, vel nullum essentialis præmij, vel saltem non statim exhibendum mereri, sed huiusmodi præmij solis actibus feruentioribus habitu præexistenti deberi, ut communiter ibidem tenent discipuli D. Thomæ, in quo tamen modo vim non facimus, quia ad veritatem huius propositionis necessarium non est, sed sufficit, quod feruentissimus, ac intensissimus actus charitatis, superet in valore meritorio plures alios actus remissos, quod à nullo Theologo negatur, nihilque amplius asserit Mysticus noster Doctor in hac propositione, in quidem expressè affirmat actus charitatis, seu amoris, exercitos in illa sublimi transformatione contemplationis, esse pretiosissimos, utpotè feruentissimos, & intensissimos; plures verò alios extra illam transformationem exercitos, esse respectu illorum remissos, atque adeo multo minoris meriti.

Quæ doctrina amplius confirmatur ex præstantia contemplationis supra cætera omnia, propterea namque Christus Dominus, Luca 10. de contemplatione loquens dixit: *Porro vnum est necessarium, Maria optimam partem elegit.* At vero Marthæ in alijs operibus vitæ actiue valde excellentibus occupatæ, cuiusmodi erat hospitium Christi, dixit: *Martha Martha sollicita es, & turbata erga plurima.* Vbi vnicum opus contemplationis Mariæ prætulit multis operibus valde excellentibus in quibus exercebatur Martha, quod bene notauit D. Thomas super illum locum ibi: *Præponitur vnum multis, & Gregor. 6. Moral. cap. 28. ibi: Martha cura non reprehenditur, Maria vero laudatur, quia magna sunt actiua vitæ merita, sed contemplatiua posteriora.* Et D. Ambros. lib. 7. in Lucam: *Agat id sicut Mariam, desiderium sapientiæ, hoc enim maius, hoc perfectius opus, nec ministerij cura à cognitione verbi celestis auertat, nec Martha tamen in bono ministerio reprehenditur sed Maria, quod meliorem partem sibi elegerit, antefertur, &c.*

Accedit Taulerus serm. Dominicæ 16. post Trinitatem, vbiloquens de contemplatione, sic inquit: *Longe enim hoc pleraque externa instituta excellit, istque plane sanctissima occupatio ab ipso Spiritu sancto instituta.*

Præterea Albertus Magnus lib. 5. de adhærendo Deo, loquens de studio contemplationis, illud præfert multis alijs bonis operibus per hæc verba: *Qua propter si incipis te nudare, & purificare à phantasmatibus, & imaginibus, & simplicare, & tranquilare fiducialiter in Domino Deo tuo cor tuum, & mentem tuam, vt haurias, & sentias fructum beneplaciti diuini in omnibus interioribus tuis, & per bonam voluntatem sis Deo vnitus in intellectu, sufficit tibi hoc pro bono studio, & lectione sacra Scriptura, &c.*

Consentit Venerabilis Fr. Ildephontus de Orezco in monte contemplationis fol. 136. pag. 1. sic inquitens: *imo pluri videtur estimari & valere vna hora impensa in hoc tam perfecto exercitio, quam multa alia in contemplatione aliarum rerum &c.* Quam etiam doctrinam approbat, & tuetur in proprijs terminis huius propositionis Magister Fr. Basilius Legionensis in Defensorio sæpe citato propositione 28.

Ex quibus omnibus patet, nullam rationabilem suspicionem posse de veritate huius propositionis suboriri, quin potius doctrinam omninò certam, & inter SS. Patres, & Theologos communem ac tritam continere. Vnde errores Illuminatorum asserentium eos, qui ad statum falsæ quietis, & otij, quod ipsi assignant, perueniunt, mereri sine vilo exercitio actum charitatis, nec iam deinceps indigere virtutum exercitio, aut alijs bonis operibus; prædicti inquam errores non

solum in propositione hac fundamentum non habent, imò

potius illi, & vniuersæ huius libri doctrinæ manifestè aduersantur, vt ex dictis satis

constat.

B.
Joannis
à Cruce

Opera
mystica

NVI

129

C A P V T XIV.

PROPOSITIO DECIMAQUARTA ELUCI-
datur, Sanctorumque Patrum, & Doctorum illu-
strium testimonijs corroboratur.

1. **D**EVENIAMVS iam ad decimam quartam propositionem, quam habet Mysticus
noster Doctor lib. qui inscribitur, *Flamma amoris viva*, Cant. 1. vers. 6. ubi loquens
de statu illo transformationis, ad quem media contemplatione mens peruenit, sic
inquit.

Iam enim in hoc statu finit eam Deus propriam intueri pulchritudinem; doneque ac virtutes
quibus eam insigniuit, fidentius ipsi committit, cuncta siquidem hæc, in amorem illi laudisque con-
uersuntur procul iam ablegato fermento, quod massam corrumpit.

Pro elucidatione huius propositionis eam in duas partes diuidemus, in quarum
prima asserit prædictis mentibus, sic in Deum transformatis, & perfectis cōstendere
Deum suam pulchritudinem. Secunda vero est, quod in illo statu non est fermentum,
quod massam corrumpat.

§ I.

Prior pars propositionis elucidatur.

2. **E**T quidem in priori huius propositionis parte, nequaquam Mysticus noster Do-
ctor intendit prædictam contemplationis statum ad claram Dei visionem per-
uenire, siquidem in verbis immediate antecedentibus expressè asserit, tunc solum
habere animam illam perfectionem, quæ cum fide, & statu præsentis vitæ compati-
tur, sic inquit: *Animaduertit enim se (quantum fides presentis vitæ conditio patitur) suam
& opulentiam, & ad tantum bonum capiendum idoneam.* Certum est autem, & apud omnes
notum, statum visionis claræ Dei, atque adeo comprehensoris, nec cum statu vitæ
qualis est apud nos; nec cum statu ambulantis per fidem in ænigmatate compati
posse, iuxta illud Apostoli ad Hebræos 11. num. 1. *Fides est sperandum substantia rerum
argumentum non apparentium;* Solum ergo vult animam sic perfectam Dei pulchritu-
dinem videre, quatenus in sublimi illa contemplatione cognitione quadam Dei
perfectissima, & valdè sublimi afficitur, quæ comparatione aliarum cognitionum
nomen visionis in communi, & vsitato, tam in Scriptura sacra, quam in SS. Patri-
bus, & Doctoribus Catholicis loquendi modo, obtinet.

3. **V**nde ad hunc sensum dixit Iacob, Genes. 32. num. 30. postquam luctatus fuerat,
cum Angelo Dei per ignem representante, *Vidi Deum facie ad faciem, & salua facta est
anima mea.* Quæ verba sunt multo strictiora, quam ea, quæ in hac propositione habentur,
& tamen nequaquam voluit per illa verba significare claram Diuinæ essentia
visio-

visionem, sed aliam Dei cognitionem huic inferiore, quamvis superiorem alijs, quæ communiter de Deo habentur, vt docet D. Tho. 1. par. quæst. 12. ar. 11. & ex D. Grego. explicat idem Angelicus Doctor 2. 2. quæst. 180. art. 5. ad 1. his verbis: *Per hoc ergo quod Iacob dixit, vidi Deum facie ad faciem, non est intelligendum, quod Dei essentiam viderit, sed quod formam scilicet imaginariam vidit, in qua Deus locutus est, vel quia per faciem quemlibet cognoscimus, cognitionem Dei faciem eius vocauit, sicut Glossa Gregorij ibidem dicit. In quo etiam sensu scilicet de imaginaria visione, & non de faciali explicat idem D. Tho. 2. 2. quæst. 174. artic. 4. illud quod de Moysè dicitur, Exod. 33. quod scilicet: *Loquebatur ei Dominus ad faciem, sicut solet loqui homo ad amicum suum.**

Hinc etiam D. Gregor. 2. dialogorum cap. 35. asserit D. Benedictum vidisse in Dei lumine Angelos intra globum igneum ad cælos redeuntes, quam tamen visionem non facialem diuinæ essentia, sed sublimem quandam contemplationem ex illustratione diuini luminis habitam, fuisse explicat D. Thom. 2. 2. q. 180. ar. 5. ad 3. quo etiam pacto S. Mater nostra THERESIA cap. 38. suæ vitæ asserit, se vidisse magna arcana Dei, & in eodem c. sic subiungit: *Vidi hic sacratissimam Christi humanitatem multo gloriosorem & splendidioram, quam eam hætenus vnquam videram: per admirabilem & perspicuam quandam notitiam mihi representatum est, quomodo ipse sit in sinu Patris, est quomodo ibi sit, exprimerè non possem, nam etiã me ipsam non intueno, me coram diuinitate illa presentem cernere videbar. (Et Paulo inferius subiungit.) Hanc ipsam visionem etiam alijs tribus vicibus vidi: & est (vt mihi quidem videtur) omnium, quas mihi Dominus exhibere dignatus est visionum, eminentissima & altissima &c. Quibus in verbis sublimem quandam contemplationem arcanorum Dei, & eam per quem cognouit qualiter filius in sinu Patris sit, appellat visionem; & c. 40. suæ vitæ aliam similem visionem, sic refert: *Ostensum mihi fuit, hanc quam dico veritatem ipsissimam in se veritatem esse, ac nec principium nec finem habere: atque ad eo omnes omnino veritates ab hac veritate dependere, vt ceteri omnes amores ab hoc amore, cetera magnitudines ab hac magnitudine dependent: esto nimis quam obscure loquar hic, respectu claritatis & perspicacitatis illius, qua illam mihi Dominus significare dignatus est. Et inferius subiungit: *Quandam die mihi in oratione agenti subito representatum est, nulla specie vel imagine oblata (representatio autem maxima cum claritate & splendore fiebat) quomodo vniuersa quæ sunt, in Deo videantur, & hac omnia ipse in se contineat, hoc non possem describere, anima tamen mea valde impressum hæsit, &c. Et inferius subiungit: *Mira res, me in tam breui temporis intervallo in clarissimo illo adamante tot simul res intueri &c. Quibus omnibus in locis altissimam cognitionem Dei, & eorum, quæ in Deo sunt, appellat visionem.****

§. II.

Alijs Sanctorum Patrum testimonijs eadem pars confirmatur.

AD hunc etiam sensum D. Hieronymus in regula Monachali c. 26. inquit: *Adhuc vivens in corpore sapè Angelorum chorus intus, de corporeis per hebdomadam nihil sentiens, diuina visionis intuitu, post multorum fere dierum spatium, præscius futurorum, reditum corporis flebam. Super quæ verba inquit noster Thomas à Iesu, lib. 6. de contemplatione cap. 3.*

73

Qua

B.
Joannis
à Cruce

Opera
mystica

NVI

124

Quæ omnia altiore modum intuen-
di, ac supra communem hominum statum non obscure dem-
strant. Accedit Hugo Victorin lib. 4. de anima c. 14. ubi sic inquit. *Vidi talia, quantum
hominum potest digne loqui. Dicam tamen aliquid prout poterò, vidi Deum, sed per speculum.*

6. Vnde Mystica Theologia (vt bene notauit Dionysius Carthusianus in commen-
tarijs de Mystica Theologia cap. 3.) vocatur visio, contemplatio, intuitio: & Euri-
chus Arphius lib. 2. de Mystica Theologia capite 64. inquit: *Intellectus ita subleuatus,
& clarificatus à spiritu veritatis Deum videt in proprio speculo. Et inferius subiungit: Tribus
tantum lumen istud contemplationis spiritibus veram agnitionem, qua Deum videtur, sicut in
hac vita videri potest, &c. Et Venerabilis Bartholomæus à Martyribus in secunda parte
compend. cap. 13. §. 3. loquens de viris contemplatiuis ait: Datur aliquando illis ad quædam
puram ac lucidam diuinæ veritatis inspectionem peruenire, &c. Et Nicolaus Equius Contem-
plationem perfectam vocat visionem Dei. Imò D. Paulus cognitionem fidei appellat visio-
nem 1. ad Corinthios 13. ibi: *Videmus nunc per speculum in enigmate. Qui modus loquen-
di communis est apud Patres, & Doctores Catholicos, qui etiam speciali, & potiori
titulo contemplationem illam perfectam quæ in hac vita per fidem de Deo, ac de
rebus diuinis habetur, visionem appellant, vt ex adductis testimonijs, & pluribus a-
lij similibus constat; beneque notauit noster Thomas à Iesu vbi supra, & Antonius
Sucquet lib. 3. de via vitæ æternæ dialog. de contemplatione cap. 16. Pater Ludou.
à Ponte, tom. 1. meditationum 3. parte meditatione 35. puncto 2. & ita Venerabilis il-
le vir Gregorius Lopez in hora mortis, loquens de rebus futuræ vitæ, vt refert Lofian
eius vita dixit. *Omnia perspicua sunt, & instar lucis meridiane mihi clarescunt. Consonè lane
ad illud, quod D. Laurentius, dum pateretur Martyrium dixit, scilicet: *Mæa nox obscu-
rum non habet, sed omnia in luce clarescunt. Vnde verissimè, & consonè ad communem
Sanctorum Patrum, & illustrium Doctorum loquendi modum asseruit Mysticus
noster Doctor animam, quæ media sublimi contemplatione in Deum transforma-
tur, Dei pulchritudinem videt, non quidem propter claram diuinæ essentia cogni-
tionem, quam in hac vita oblineat, sed propter perfectissimam cognitionem, & con-
templationem iam explicatam: ex quo prior pars propositionis elucidata, & con-
firmata manet.****

§. III.

*Secunda propositionis pars declaratur & con-
firmatur.*

7. **I**N secunda verò parte asserit Mysticus noster Doctor, quod prædictis viris perfe-
ctis: *in hoc statu, cuncta hæc in amorem illi, laudesque conuertuntur, procul iam ablego fer-
mento, quod massam corrumpit. Quæ locutio verissima etiam est, & deducta ex D. Paulo
1. ad Corinth. 5. sic inquit: *Expurgate vetus fermentum, vt sitis noua confectio, sicut agni-
xymi, itaque epulemur non in fermento veteri, nec in fermento malitia, & nequitia, sed in æquæ
sinceritatis, & veritatis.**

Vnde per hanc locutionem nequaquam intendit Mysticus noster Doctor, *licet*

nec D. Paulus, debere in viris perfectis extingui fermentum fomitis pertinentis ad corruptionem naturæ humanæ post peccatum Protopatris Adam, & ad statum innocentia, vel iustitiæ originalis reduci, huiusmodi namque privilegium speciale fuit in B. Virgine, vt constat ex D. Tho. doctrina 3. p. q. 27. ar. 3. sed solum intendit debere quasi offerri, id est, valde debilitari rebellionem partis inferioris aduersus superiorem, ortam ex passionibus: huiusmodi namque passiones in prædictis viris perfectis habentibus virtutes heroicæ, & purgati animi, quasi extinguntur, quatenus propter assuetudinem ad hoc, vt rationi subdantur, iam ferè nullam illis molestiam inferunt, ne illos impediunt, quin totum suum affectum in Deum dirigant, vt eius amor incumbant taliter, vt similitudinem magnam cum statu innocentia, vbi fermentum massam naturæ humanæ corumpens nõ erat, sortiantur, vt sup. c. 12. à n. 5. ostendimus ex D. Thom. 1. 2. q. 59. art. 5. & q. 61. art. 6. & q. vnica de virtutibus art. 4. ad 7. & art. 10. ad 14. & ex D. Bonauent. ser. 1. de luminar. Ecclesiæ, & in 7. proces. Relig. c. 15. & opusc. de 7. itiner. æternitatis dist. 3. & ex D. Ambros. Octonario 22. in Pf. 118. & ex D. Dionys. Areopag. ad Ioan. Euangelistam, & ex Alberto Magno lib. de adherendo Deo c. 8. & ex Rusbrochio in tabernaculo fæderis cap. 19. ac tandem ex Dionysio Carthus. de vita inclusarum li. 1. ar. 14. quorum omnium testimoniorum verba ibi ad longum retulimus, & ideo ea in præsentem repetere superfluum est, & ex illis omnibus satis superque corroborata manet, tam quoad rem, quam quoad loquendi modum hæc secunda pars p. oppositionis Mystici nostri Doctõris.

§. IV.

Eadem secunda pars alijs SS. Patrum, & illustrium Doctorum testimonijs amplius confirmatur.

QVÆ adhuc magis confirmatur ex eo, quod docet D. Thom. 2. 2. quæstione 184. artic. 2. in corpore, vbi assignans perfectionem, ad quam potest quis in hac vita peruenire, perueniuntque viri perfecti, sic inquit: Tertia autem est perfectio, qua nec attenditur secundum totalitatem ex parte diligibilis, nec secundum totalitatem ex parte diligentis, quantum ad hoc, quod semper actu feratur in Deum, sed quantum ad hoc quod excludant ea, qua repugnant motui dilectionis in Deum, sicut Augustinus dicit in lib. 83. quæstionum, quod venenum charitatis est cupiditas, perfectio nulla cupiditas: Et talis perfectio potest in hac vita haberi, & hoc dupliciter: vno modo in quantum ab effectu hominis excludit omne illud, quod contrariatur charitati, sicut est peccatum mortale, & sine tali perfectione charitatis esse non potest, vnde est de necessitate salutis, alio modo in quantum ab effectu hominis excluditur non solum illud, quod est charitati contrarium: sed etiam omne illud, quod impedit ne affectus mentis totaliter dirigatur ad Deum, sine qua perfectione charitatis esse potest. (Puta in incipientibus, & proficientibus) & 2. 2. quæstione 180. art. 6. ait, quod potest homo ad talem statum peruenire in quo, Pratermissis omnibus in sola Dei contemplatione persistitur. Id ipsum docet q. 24. art. 8.

Con-

B.
Joannis
à Cruce

Opera
mystica

NVI

129

9. Consonat Albertus Magnus lib. de adherendo Deo cap. 3. ubi loquens de perfectione, ad quam homo potest in hac vita pervenire, sic inquit: *Quia ex re est homo in hac vita sublimior perfectio ita Deo uniri, ut tota anima cum omnibus potentijs suis, & virtutibus in Dominum Deum suum sit collecta, ut unus fiat spiritus cum eo, & nihil meminerit, nisi Deum, nihil sentiat, vel intelligat nisi Deum, & omnes affectiones in amoris gaudio uniri, in sola contemplatione fruitione suaviter requiescant.* Et cap. 6. in eundem sermonem, sic dedit: *Verus itaque ipsi Christi amator sic debet esse vnitus intellectui, per bonam voluntatem diuina velumati, & vni ab omnibus phantasmatibus, & passionibus, ut non aduertat si derideatur, diligatur, vel quidquid sibi inferatur. Voluntas namque bona omnia complet, super omnia est. Vnde si voluntas esset bona, & Deo in intellectu pure conformis, & vnita fuerit, non nocet sibi caro, & sensuales (inlectus) toto, & totam se in Creatorem suum immergit, ita quod omnes operationes suas dirigat, prout e ex toto in Dominum Deum suum, nec extra eum quidquam quarit. Et sic transformatur quodammodo in Deum, quod nec cogitare, nec intelligere, nec amare, nec memorari potest nisi Deum pariter, & ad Deo, &c. Quod idem non solum in presenti prosequitur. Verum etiam cap. 10. in fine & cap. 13. inquit: *Tunc erit perfecta nostra charitas, cum nobis omnis amor, omne desiderium, omne studium, omnis conatus, denique omni cogitatio nostra, omneque quod videmus, loquimur, quodque speramus Deus erit (inferius) Nos quoque ei perpetua, & inseparabilis dilectio, inquam amamus, ita scilicet eidem copulati, ut quidquid speramus, quidquid intelligimus, quidquid loquimur, & oramus, Deus sit.**

10. Hanc eximiam puritatem, & perfectionem denotare quoque voluit Sponsa Cant. 4. sic Sponsam, scilicet animam perfectam alloquens: *Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te.* Quem locum Gislerius ex doctrina. Catenæ Trium Patrum sic declarat: *Sponsa est tota pulchra, mente nimirum, & anima, & carne. carne quidem, ut per afflictionem ab alijs perturbationibus purgata, & virtutum moribus excedens, anima autem, ut ab omni inproba cupiditate seuncta, & sermonibus decorata mandatorum; mente vero, ut ab exilibus etiam cogitationibus libera, &c. Super quæ verba Cantic, sic etiam inquit Diu. Bernardus homil. infra octauam Epiphaniæ. *Immaculata sordibus peccatorum, vel passionum euolans à reatibus occupationum, euanescentibus imaginibus exteriorum creaturarum, cordis sui faciem ad carnandum, quem diligit, summa auiditate subcolit, &c.**

11. Eandem doctrinam plures alij SS. Patres docent, sed quia testimonia sup. capit. 11. & in hoc etiam cap. citata, satis superque rem hanc confirmant, ideo ab illis ad longum referendis prolixitatis euitandæ gratia abstinemus; videri tamen potest pro hac re Diu. Bernard. serm. 52. & 79. in Cant. Diu. Bonaventura itinere 4. eternitatis dist. artic. 1. ubi gradus amoris assignat. Rusbrochius libello de 7 gradus amoris cap. 5. Tauler. cap. 33. in Istit. Esquius in exercitijs diuinis exercit. 5. 6. & 13. S. Nilus cap. 18. S. Diadochus de perfectione spirituali capit. 97. noster Ioannes à Iesu Maria c.

2. de Mystica Theologia, & plures alij, ex quibus omnibus legitimus sensus congruentissimaque locutio Mystici nostri Doctoris in hac propositione, satis elucidata, & confirmata manet.

CAPVT XV.

*Elucidatur decima quinta propositio, & ex communi
Sanctorum Patrum, & illustrium Doctorum
auctoritate corroboratur.*

SEQUITUR elucidanda decima quinta propositio, quam habet Mysticus noster Doctor in lib. qui inscribitur *Flamma amoris viua*, Cant. 2. versu 2. vbi sic loquitur. 11.

Euenit vt dum anima amore isto flagrat, vt sentiat anima se ab aliquo transigi Seraphino ardentissimo amore intincto telo transferberante illam carbone isto accenso. (& inferius) Quod si aliquando effectus aliquis foras ad corporeum sensum prodire permittatur, iuxta quod interius vulnus inflixit (id est Seraphim) panditur exterius vulnus; quemadmodum euenit cum S. Franciscum Seraphinus plagis insigniuit, nam cum animam ipsius sauciasset amore, vulnerum effectus eodem modo foras prosiliit.

§. II.

*Doctrina huius propositionis quam plurimis San-
ctorum Patrum, & illustrium Doctorum te-
stimonijs comprobatur.*

TOTA huius propositionis doctrina, & locutio verissima est, & in Sanctorum Patrum libris frequenter reperitur, deduciturque ex Scriptura sacra, Cantic. 2. vbi Sponsa sic loquitur: *Falcite me floribus, stipate membra, quia amore langueo.* Vbi vertunt Septuaginta, quia charitate vulnerata sum; Sponsus etiam cap. 4. Sponsam alloquens inquit: *Vulnerasti cor meum, &c.* 2.

Vnde locutione hac, quod scilicet Sponsa vulneratur charitate, vtuntur Origenes homil. 22. ex duabus, *Quam pulchrum est (inquit) quam decorum à charitate accipere, alius iaculum carnis amoris excepit, alius terreno cupidine vulneratus est, tu (loquitur cum Sponsa) nuda membra tua, & prabe te iaculo electo, iaculo formoso, siquidem Deus sagittarius est.* Idem docet homil. 3. ex quatuor, cui consonat illud, quod Diu. Augustinus huiusmodi vulnus in semetipso sentiens dicere solebat, *Sagittaueras tu Domine cor meum charitate tua.*

Suffragatur etiam D. Gregorius Nyssenus homil. 4. in Cant. explicans prædicta verba, charitate vulnerata ego sum, sic inquiens: *Post hæc laudat sagittarium, quod scopum rectè attingat, & qui telum pulchre in ipsam dirigat, vulnerata inquit sum à dilectione, ostendit verbo telum, quod cordi alte insidet, qui telum autem iaculatur est dilectio, seu charitas, charitatem autem, esse Deum didicimus à sacra Scriptura, qui electam suam, sagittam nempe Deum vnigenitum* 3.

emittit

z

B.
Joannis
à Cruce

Opera
mystica
NVI
124

emittit in eos, qui seruantur spiritu uicā illiā triplici aculei cuspidē, uidet ergo dulces telum charitatis, quo ipsa suis sauciata, & de eo vulnere gloriatur dicens, vulnerata sum ego à dilectione, &c.

Eundem modum loquendi obseruat Ricardus Victorinus tract. de 4. grad. uolentæ charitatis, sic inquit: *Supra tamen omnes gradus dilectionis, est amor iste ardens & feruens, qui cor necepsitat, & medullitus transfigit, ut veraciter dicat, vulnerata charitate ego sum. (& inferius) Charitas vulnerat, ligat, languidum facit: vulnerat, vulnerasti cor meum foror mea, &c.* Quod idem in reliquo eleganter prolequitur.

4. Fauet Diuus Bonauentura i. i. 4. æternitat. distinctione 5. articulo 1. & 2. sic scribens: *Nota, quod amor uolentus non solum vulnerat matrices animas, sed etiam castes substantias, imo etiam ipsum fontem amoris Deum vulnerat.* Hæc ex Bertellensi tradit Diuus Bonauentura, addens ex Ricardo ibi, signa huius charitatis vulnerantis, ut apud ipsum uideri potest. Tandem ne longius sermonem protrahamus, uideri potest hæc locutio apud D. Ambrosium serm. 15. in Psalm. 118. & lib. 3. de uirginibus, Hieronymum epist. 140. ad Principiam, Theodoretum supra prædictam locum Canticorum 2. Basilium in interrogatione secunda Regul. Fuffius dispur. Gregorium lib. 6. Moral. cap. 14. & lib. 2. super Ezechielem homilia 15. Augustinum in Psalm. 37. Orozcum in monte de contemplatione fol. 138. pag. 1. Magistum Basilium ubi supra propositione 30.

5. Sed præter dicta omittere non possumus illustre testimonium Sanctissimæ Maritris nostræ THERESIÆ, quæ simili charitatis vulnere sauciata, sic de se et ipsa loquitur cap. 29. suæ uiræ, *Videbam illum (loquitur de quodam Seraphino) longum quoddam ioculum aureum, sed ad ferri cuspidem pauxillo igne inflammatum, in manu habere, hoc ipsi ioculum meum subinde ad intimas usque fibras transuerberare, & dum rursus illum educeret, quoddam carum frustra simul educere uidebatur; quo facto ingenti Dei amore me totam aestuantem & inflammatam reliquit. Tam uehemens poro hæc poena erat, ut in hos me gemitus & expostulationes faceret prorumpere, sed suauitas, quam summus hic dolor mihi adfert, tam excessiua est, ut cum mihi auferri prorsus nolim, nec anima minorem voluptatem & delectationem querat, quam ipsammet Deum. non est autem poena corporalis, sed spiritalis, est corpus ab ea plane immune non sit, sed eam nimis quam multam sentiat. Est hæc tam suavis inter animam & Deum amoris reciprocatio, ut cum ego bonitatem rogem, eam ut gustare faciat illum, qui me fortè censerebent mentiri: omnibus diebus quibus hoc durauit, eram quasi mentis impositus, hoc passa sum aliquoties. Hæc mirabiliter admiranda Theresia.*

§. II.

Animaduersio notanda.

6. EX quibus satis constat, quam communis sit doctrina hæc, & locutio apud SS. Patres, & Doctores Catholicos. Vnde quamuis eadem locutione charitatis vulneratæ abutantur hæretici ad aliquos falsos sensus exprimendos, non tamen propterea locutio hæc, qua in bono, & verissimo sensu utuntur Doctores Catholici, & cum eis Mysticus noster Doctor rejicienda, aut damnanda est, nam ut optimè in simili dixit Diu. Augustinus lib. 2. de sermone Domini in monte cap. 12. *Ne illi*

oues debent pelles suas deponere, si aliquando eis lupi se contegant. Alias oporteret locutiones antiquas, & Catholicas passim deserere, & alias nouas quaerere; & sic omnia confundere, Sanctissimumque Parrum doctrinam antiquis, & vſitatis locutionibus scriptam obſcurare, imo prorsus ignorare, eo quod ingenium hæreticorum est Catholicorum locutionibus ad suos errores dolose disseminandos abuti; qua de causa dixit Christus Dominus, Matth. 7. *Attendite à falsis Prophetis*, vbi nomine falsorum Prophetarum intelligit hæreticos, vbi explicat D. Tho. quos ideo attendendos esse docet, quia sub veris, & Catholicis locutionibus suos errores malitiose palliare solent, ad eò vt dixerit D. Aug. de serm. Dom. in monte relatus à D. Thoma Matth. 7. *Cauendum est in ipso Christi nomine ab hæreticis, vel quibuslibet male intelligentibus, & sæculi huius amatoribus ne decipiamur.*

Ad hoc autem, vt sciamus à quibusnam cauere debemus, statim addidit Christus Dominus, à *fructibus eorum cognoscetis eos*, cum ergo prædictam locutionem de charitate vulnerata protulerint illi, cuius fructus nempe opera, & doctrina vitiosa fuerint, vt in hæreticis, qui Illuminati dicuntur, contingit, non immeritò poterit in illis caueſſi, suspectaque haberi, e contra vero cum eandem locutionem protulerint viri, quorum fructus operum, & doctrinæ saluberrimi, immaculati, sanctitateque pleni sunt, vt in Mystico nostro Doctore, & in alijs Sanctis Parribus, & Doctoribus Catholicis hac locutione vtentibus contingit, non potest rationabiliter locutio hæc damnari, aut suspecta haberi, sed potius tanquam communi Sanctorum Patrum, & Doctorum Catholicorum vſu comprobata ab omnibus debet venerari, non obstante malitia hæreticorum eadem locutione abutentium: sicuti similis malitia non obstat, nec obſtare debet ad vſum aliarum plurium locutionum Catholicarum, quibus etiã illi abutuntur, sicuti ex eo, quod Caluinistæ malitioso fine, ac intentione sæpe in ore haberent hæc verba, *Pater noster celestis*, & ex eo quod magnificarent Christum, & fidem in ipsum, laudarentque eleemosynas, temperantiam, ac modestiam (vt refert Maldonatus, Matthæi 7. n. 15.) nullus sanæ mentis poterit asserere talia verba, prædictarumque virtutum commendationem à Doctoribus Catholicis debere relegari, de quo plura diximus supra in 1. par. huius elucidationis cap. 3. & 9. quæ ad propositionem applicari debent.

§. III.

Eiusdem propositionis doctrina, quo ad ultimam partem confirmatur.

NEc minus etiam est verum, & certum, id quod in hac eadem propositione subiungit Mysticus noster Doctor, scil. quod aliquando ex eo quod Deus interius vulnerat animam charitatis vehementia, immittit etiam in corpore exterius aliqua signa, v. g. aliquod vulnus ad eum modum quo conrigit in D. Francisco, cuius vulnera externa fuerunt signa interni vulneris, quo eius anima amoris diuini vehementia, ab eo fauciata fuerat.

Hoc inquam certissimū, & verissimum est, & ipsomet exemplo S. Francisci optimè com-

B.
Joannis
à Cruce

Opera
mystica
NVI
124

comprobatur, iuxta id quod de hac re docuit D. Bonavent. in *Legenda S. Francis* c. 13. & refert in lectionibus festi impressionis factorum stigmatum à Sede Apostolica approbatis, ubi sic habetur: *Vidit quasi speciem vnius Seraphim sex alas; tam fulgidas quam ignitas habentem, de caelorum sublimitate descendere; &c.* (Et post pauca subiungit) *Ideo huiusmodi visio suis repræsentata conspectibus; ut amicus ipse Christi prænosceret se non per martyrium carnis, sed per incendium mentis; totum in Christi Iesu crucifixi expressum similitudinem transformandum: disparens itaque visio, post arcanum, ac familiare colloquium, mentem ipsius Seraphico interius inflammavit ardore, carnem vero crucifixo conformi exteriori insigniuit effigie, tanquam si ad ignis liquefactionem virtutem præambulam; sigillatim a quadam essu impressio subsequuta; stigmam namque in manibus; & pedibus eius apparere ceperunt signa clauorum, ipsorum capitibus in inferiori parte manuum, & superiori pedum apparentibus; & eorum acuribus existentibus ex aduerso, dextrum quoque latus quasi lancea transfixum rubra cicatrice obductum erat, quod sæpe sanguinem sacrum effundens, tunicam, & femoralia respargebat.*

9^a. Id ipsum comprobatur exemplo aliorum Sanctorum; & Sanctarum; cuiusmodi fuit S. Catharina de Sena, quibus impressa fuerunt miraculose aliqua externa signa, nempe vulnera, & spinea corona; aliaque huiusmodi in signum interni amoris, & charitatis, quo eius anima à Deo vulnerata erat; in o etiam de D. Augustino refert Fr. Ioannes ab Angelis in lib. qui inscribitur, *Los triunfos del amor*, exteriori in corpore vulneratum fuisse ex interiori illo vulnere, vnde desumpsit ipse Augustinus celebre illud dictum: *Sagittatus tu Domine cor meum charitate tua.* Et pro hac sententia refert citatus Auctor D. Bonaventuram, quam etiam sequitur Magister Legionensis in Defensorio sæpe citato propositione 30.

10^a. Id ipsum à simili declaratur ex eo, quod adnotauit D. Bernardus de passione Domini cap. 3. scilicet Christum Dominum voluisse exteriori in latere vulnerari, ad hoc, ut vulnus illud externum esset signum interni vulneris, quo præ amore hominum sauciatus erat, verba D. Bernardi sunt: *Vulnerasti* (inquit in Cant. amoris sponsus) *cor meum; soror mea sponsa, vulnerasti cor meum; vulnerat cor tuum Domine Iesu sponsa tua amata tua, soror tua, quid necessarium fuit illud ab inimicis vltra vulnerari? Quid agit, & immisi, si vulneratum est, imò quia vulneratum est cor dulcis Iesu, quid secundum vulnus apponitur? An ignoratur, quod vno vulnere tantum cor emoritur, & fit insensibile. (Et inferius) Nihilominus, & propterea vulneratum est, ut per vulnus visibile, vulnus amoris inuisibile videamus, quomodo huiusmodi vulnus ostendi potest, nisi quod non solum corpus, verum etiam ipsum cor, lancea vulnerari permittit. Carum ergo vulnus, vulnus spirituale ostendit. (Inferius) Quia zelo amoris tui vulnerasti me, lancea quoque militis vulneratus sum.*

11^a. Quæ doctrina adhuc magis elucidatur, & confirmatur, ex eo quod docet D. Thomas 1. p. q. 43, ar. 6 ad 2. & ibi expositores, necnon & in 1. dist. 15. q. 5. art. 1. quæstione 5. & art. 2. quæstioncula 1. scilicet quod quando aliquis insigniter proficit in aliquem nouum actum, vel nouum statum gratiæ; tunc secundum illud augmentum gratiæ, attenditur, & datur missio inuisibilis Spiritus Sancti ad illum; vnde talis missio proculdubio dabitur ad illum, qui interiori illo charitatis vulnere; de quo Mysticus nos docet Doctor loquitur, sauciatur, siquidem tale vulnus ad supremum; & excellens charitatis augmentum, & gradum pertinet, ut ex dictis in hoc capite satis constat, docetque specialiter D. Bernard. ser. 30. in Cant. ibi: *Cordis vulnus, vehementiam de signat: amor.*

Vt^{12.}erius autem addendum est id quod docet ipsemet D. Thom. eadem quæst. 43 primæ partis art. 7. scilicet conueniens esse, vt etiam inuisibiles missiones diuinarum personarum secundum aliquas visibiles creaturas manifestentur. Et ided pro simili manifestatione multa signa externa plerumque ostendit Deus, ad demonstrandum inuisibilem missionem, vel internam sui assistentiam in anima, aut excellentem eius sanctitatem, vt contigit in Christo Domino, super quem descendit Spiritus Sanctus in specie columbæ, vt refertur Matthæi 3. cuius etiam sanctitatis signum fuit nubes lucida, quæ in eius transfiguratione apparuit, vt docent D. August. epist. 102. & D. Thom. 1. p. q. 43. art. 7. ad 6. & quæst. 45. art. 4. ad 2. similiterque contigit in Apostolis ad quos descendit Spiritus Sanctus sub externo signo sonitus, externaque specie flatus, & sublinguis igneis, vt constat ex Actorum cap. 2. notauitque D. Thomas loco citato.

Quo etiam pacto S. Mater nostra THERESIA c. 38. suæ vitæ, refert, se vidisse in vigilia Pentecostes super caput suum columbam quandam valde splendens, quæ proculdubio fuit signum inuisibilis missionis Spiritus S. per quæ eius anima in Dei amore insigniter profecit, vt constat ex verbis ipsiusmet S. THERESIAE, quæ loco citato, sic inquit: *Hæc igitur me considerantem, ingens impetus spiritus me corripuit: cuius quam efficit occasio vel causa, prorsus intelligere non poteram; tanta autem eius erat vis, vt anima violenter è corpore erumpere velle videretur, quod seipsa non caperet, imparemque tanto bono admittendo agnosceret, ea autem erat impetus vehementia, vt me ipsa retinere aut regere non possem. Hoc in statu constituta video columbam quandam capiti meo desuper imminentem, longe diuersam ab illis, quæ hic in terra conspicimus, neque enim tales, vt illa habebat pennas, sed alas velut è conchulis quibusdam magnum ex se splendorem emittentibus, contextas. Erat hæc nostris communibus columbis maior, videbaturque strepitum, quem alis suis volaturo excutabat, inaudire; ita quidem tum anima mea constituta erat, vt seipsam perdens, etiam columba aspectum ex oculis perderet; spiritus porro tam bono hospite in tra se admissus, prorsus tranquillatus est. Intellexi me ex eo die summum in sublimiore quodam Dei amore, virtutibusque magis heroicis & fortibus, profectum fecisse & promotum esse. (Et postea subiungit) Eandem etiam columbam vidi alias capiti eiusdem Dominicam impendere, excepto quod radij & fulgores alarum ipsius longius se iam distendere viderentur: simul intellexi fore, vt multas hic Deo animas lucraretur.*

Similiterque contigit in D. Gregorio Magno, super cuius caput, dum scriberet, Spiritus sanctus, in similitudine columbæ, frequentissimè ostendebatur, vt supra in 1. p. huius elucidationis c. 1. n. 4. rerulimus.

Ex quibus omnibus deducitur, quam verum sit id, quod Mysticus noster Doctor ^{14.} in hac propositione docet, scilicet quod quandoque immittit Deus externa signa ad manifestandum internum charitatis vulnus, quo animam lauciat, quæ externa signa sunt quædam visibiles missiones Spiritus sancti, per quas inuisibilis, & interna missio manifestatur.

Tandem hæc eadem doctrina ex eo magis confirmatur, & elucidatur, quia scilicet iuxta communem SS. Patrum, & Theologorum doctrinam ex sacra Scriptura deductam, quando externos aliquos affectus, verbi gratia, sanitatis, & curationis operabatur Christus Dominus in corpore, similes effectus interius operabatur in anima, ita vt vtraque operatio interna, & externa simul coniungeretur, quod rectè ad-

B.
Joannis
à Cruce

Opera
Mystica
LVI
124

adnotarunt Patres super illud Matthæi 4. *Sanans omnem languorem, & omnem infirmitatem, & super illa verba Ioan. 7. n. 23. Totum hominem sanum fecit in Sabbato, ut videtur est apud D. Tho. in eisdem locis, & in D. August. tra. 30. in Ioannem, idem que adnotavit idem D. August. tra. 17. in Ioannem agens de curatione paralytici, que refertur Ioan. 5. Beda super illa verba Marci. 2. n. 5. *Cum autem vidisset Iesus fidem illius paralytici, &c.* Et c. 21. in Luc. Chrysost. quem refert D. Tho. Marci 2. in principio, & alio etiam in loco, quem refert idem D. Thomas Marci super illa verba: *Uade in pace, & esto sana à plaga tua.* Necnon & homil. 28. in Matthæum, Theodoretus Marci 2. super illa verba: *Et cognovit cogitationes eorum, &c.* Cyrillus quem refert D. Tho. Luc. 18. in fin. & in eisdem locis, & plures alij Doctores. Ex quibus omnibus veritas eorum que in hac propositione Mystici nostri Doctoris dicuntur satis probata, communi- que SS. Patrum, & Doctorum Catholicorum consensu corroborata manet.*

CAPVT XVI.

ELUCIDATVR DECIMASEXTA PROPO-
SITIO, eiusque legitimus sensus declaratur, San-
ctorumque Patrum testimonijs cor-
roboratur.

1. **SUPEREST** decimasexta propositio, quam habet Mysticus noster Doctor in lib. qui inscribitur *Flamma amoris viua*, Cant. 2. versu 3. vbi explicans verba illa eiusdem verius, *o, attractum delicatum &c.* sic loquitur.
O ergo attractus delicate, Verbum Filii Dei, qui ob diuina essentia tua subditatem, subtiliter anima mea penetras substantiam, & dum eam delicate molliter que tangis, totam eam in diuinos, inuistatos & inauditos suauitatum modos absorbes.

§. I.

Verus propositionis sensus declaratur.

2. **PRO** huius propositionis elucidatione solum necesse est explicare locutionem illam: *Attractus in substantia anima, seu attractus substantiales.* In his namque locutionibus videtur Mysticus noster Doctor asserere Deum substantialiter tangere animam perfectam, que ad hunc sublimem contemplationis gradum peruenit aliquo specialis contactu substantiali, & immediato, diuerso que ab eo, quo alias animas, inob & res omnes per suum intimum illapsum, seu presentiam tangit, cum tamen specialis hic modus contactus substantialis, non appareat qualisnam esse possit, cum omnia hæc sublimitas perfectionis non nisi, vel mediante gratia, que est accidens in anima

recepta, vel medijs habitibus, & actibus potentiarij, quæ omnia accidentia sunt, contingere posse, videatur.

Sed re vera, locutio hæc verissima, & congruentissima est, cuius verus sensus potest multipliciter declarari; in primis namque quamuis contactus iste fiat medijs accidentibus physicis, cuiusmodi sunt gratia in anima recepta, habitusque, & actus supernaturales potentiarij, quos actus nunquam negat Venerabilis noster IOANNES, vt ex his, quæ supra cap. 4. in elucidatione 4. propositionis diximus, euidenter constat: potest tamen dici substantialis iuxta illos sensus, in quibus terminum illum, *substantialis locutio* explicuimus, & ex communi doctrina comprobauimus supra capite 5. in elucidatione 5. propositionis, quos in præsentia reperere non est necesse, sed ibi videri debent.

Deinde in alio etiam strictiori sensu potest contactus hic substantialis Dei ad animam sic perfectam explicari, ex doctrina D. Dionysij cap. 4. de diuinis nominibus, & D. Augustini lib. 8. de Trinitate cap. 10. quos refert, & sequitur D. Tho. 1. 2. quæst. 28. art. 1. vbi duos effectus, seu duas vniones in amore assignat, aliam videlicet vnionem affectiuam per conformitatem scilicet affectuum, aliam verò effectiuam per realem scilicet, & physicam vtriusque præsentiam. Vnde sic inquit Angelicus Doctor: *Duplex est vnio amantis ad amatum, vna quidem secundum rem, puta cum amatum præsentialiter adest amanti, alia verò secundum affectum, &c.* Primam ergo vnionem amor facit effectiuè, quia mouet ad desiderandum, & quærendum præsentiam amati, quasi sibi conuenientis, & ad se pertinentis; secundam autem vnionem facit formaliter, quia ipse amor est talis vnio, vel nexus, vnde D. Augustinus dicit 8. de Trinitate: *Quod amor est quasi iunctura quadam, duo aliqua copulans, vel copulare appetens, amantem scilicet, & quod amatur, quod enim dicit copulans, refertur ad vnionem affectus, sine qua non est amor. Quod vero dicit copulare intendens, pertinet ad vnionem realem.* Huiusque D. Thomas, quod etiam explicat in tertio, dist. 27. quæst. 1. art. 1. ad 4. inquit: *In amore est vnio amantis ad amatum, ex hoc enim, quod amor transformatur, facit amantem intrare in interiora amati, & e contra, vt nihil amati amanti remaneat non vnitum.* Per quæ omnia satis declaratur realis vnio, ad quam amor suapte natura tendit.

Cum ergo charitas perfectissimum amorem amicitie inter Deum, & animam importet, huiusmodi etiam vnionem realem quærit, & desiderat, cuius desiderij fructu, vel affectu nullatenus frustrata manet, quia re vera medijs actibus charitatis, quibus anima diligit Deum, & se ad gratiam, vel ad gratiæ augmentum disponit, assequitur, vt Deus non solum illi communicet sua dona, sed etiam ipsamet substantia, & essentia Dei, ipsimet animæ speciali titulo substantialiter adsit.

Quod aperte significatur in multis Scripturæ locis, cuiusmodi est illud Ioann. 14. *Si quis diligit me, sermonem meum seruabit, & Pater meus diligit eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus.* Quibus in verbis per ly, *veniemus*, suam realem præsentiam promittit, cui consonat illud Pauli ad Roman. 5. *Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris, per Spiritum sanctum, qui datus est nobis.* Vbi particula illa, *qui datus est*, ad propositum perpendi debet. Et 1. Ioan. 4. asseritur. *Qui manet in charitate in Deo manet, & Deus in eo.* Nec non 1. ad Corinthios 6. de iustis dicitur: *Membra vestra templum sunt Spiritus sancti, qui in vobis est, &c.* Actandem Sapientie 7. de diuina sapientia asseritur:

Omnia

B.
Joannis
à Cruce

Opera
mystica
NVI
124

*Omnia potest, & in se permanens omnia innovat, & per nationes in animas sanctas se transferre
amicos Dei constituit.*

6. Ex quibus omnibus locis merito colligunt Theologicum D. Thom. 1. part. quæst. 43. art. 3. & Scholastici in 1. dist. 14. & 15. quod quando nobis infunditur in anima gratia gratum faciens, per quam Deus habitat in ea sicut in templo suo, non solum communicat sua dona, sed etiam (ut loquitur D. Thomas) *ipsemet Spiritus sanctus datur, & mittitur, & inhabitat animam*, ubi particula illa *ipsemet*, perpendenda est, quæ proculdubio unionem non solum affectivam, sed etiam effectivam nempe realem præsentiam Spiritus sancti in anima exigit, quod adeò verum est, ut D. Thomas loco citato, asserat errorem esse dicere Spiritum sanctum non dari, sed eius dona; hæc autem specialis Dei præsentia provenit specialiter ex natura gratiæ gratum facientis; ut docet ibidem Divus Thomas, nam in operatione, seu productione aliorum effectuum, solum adest Deus modo quodam generali, quo per essentialitatem, & potentiam est in omnibus rebus; quam doctrinam etiam docet D. Ambrosius lib. 1. de Spiritu sancto cap. 4. & 5. D. Augustin. de Trinitate cap. 26. & tractatu 32. & 74. in Joannem, & Leo Papa in sermone 1. Pentecost.

§. II.

Eadem doctrina magis declaratur.

7. QUA MVIS autem aliqui hanc specialem Dei assistentiam, seu præsentiam in anima explicent per hoc, quod Deus est in illa modo quodam speciali, nempe sicut cognitum in cognoscente, & sicut amatum in amante, & tanquam causa effectivæ gratiæ, tamen hoc non videtur sufficere ad verificandum non solum dari dona Dei, sed etiam ipsummet Deum, & personam Spiritus sancti, ut bene ostendit Suarez lib. 12. de Trinitate cap. 5. à num. 9.
8. Vnde alij asserunt, quod ex vi gratiæ gratum facientis, ipsemet Deus substantialiter vnitur, & coniungitur cum anima modo speciali, ac diverso ab illo generali, quo cum alijs rebus creatis, in quibus operatur intime, & substantialiter per essentialitatem, & potentiam, & immensitatem adest, quod rectè explicuit citatus Suarez in eodem loco num. 11. his verbis: *Videntur mihi satis probabiliter & pie sentire, qui dicunt talia esse dona gratiæ gratum facientis, ut vi sua, vel quasi connaturali iure postulent intimam, realem, ac personalem præsentiam Dei in anima per talia dona sanctificata, quod per hanc conditionalem optime declaratur, quia si per impossibile fingamus Spiritum sanctum non esse aliis realiter præsentem intra animam, eo ipso quod anima talibus donis afficeretur, ipsemet Spiritus sanctus veniret ad illam per præsentiam personalem, & in ea esset, & maneret quamdiu gratia in illa duraret, atque hæc ratione licet nunc alias habeat illam præsentiam ratione sua immensitatis, & potentia, merito dicitur nunc habere illam speciali titulo ratione gratiæ, & charitatis, & ideo merito dicitur venire, vel mitti ad animam mediantibus hæc donis &c.*
9. Hoc autem exemplo, unionis hypostaticæ sic bene idem Auctor declarat: Sic etiam intelligimus missionem Verbi divini ad humanitatem, quam assumpsit, quia licet fingere non potest non esse per immensitatem præsens illi humanitati, eo ipso quod illi hypostaticè vniretur, et vi

vnionis, & ad illam terminandam oporteret fieri intimè presens, & idèd ratione vnionis dicitur nunc esse in illa humanitate realiter, & intimè speciali modo. Ad hunc ergo modum dicimus Spiritum Sanctum dari anima, & speciali modo esse in illa intimè, ac realiter, ratione gratia sanctificantis, nam per gratiam, & charitatem perfectissimam quaedam amicitia inter Deum, & hominem constituitur, amicitia verò ex se perit vnionem inter amicos non solum per conformitatem affectuum, sed etiam per inseparabilem presentiam, & coniunctionem, &c. Quod ibidem latè prosequitur, & mentem esse Diui Thomæ ostendit.

Hanc eandem doctrinam optimè tradit Pater Didacus Ruiz de Montoya disp. 109, de Trinitate sect. 3. à numer. 11. sic inquit: Ratione supernaturalis amicitia, & participationis diuine natura, nouum vinculum, fortius, & strictius additur ad realem presentiam Dei in anima, nam ex vi huius denuo venit, & realiter ad animam Spiritus sanctus, & realem presentiam denuo quereret, etiam si per impossibile prius non esset presens per essentiam, presentiam, & potentiam, &c. Quod ibi latè confirmat, & tandem numer. 19. sic concludit: At vero quatenus per illos actus, & habitus, Deus constituit amicitiam intimam anima, tanquam filia, & sponsa, per quandam resultantiam obligationis, necessario sequitur presentia realis, & coniunctio, hoc autem modo non sequitur ex eo, quod Deus causet alios effectus, &c.

Id ipsum bene ostendit, & probat Cornelius à Lapide in Comment. super cap. 1. Oleez vers. 12. vbi sic inquit: Tota ergo Trinitas personaliter, & substantialiter venit ad animam, que iustificatur, & adoptatur, &c. Idque probat ex illo 1. ad Corinthios 6. Qui adheret Deo vnus spiritus est cum eo. Et ex illo Ioann. 17. Vt omnes vnus sint, sicut tu Pater in me, & ego in te, & ipsi in nobis vnus sunt. Vnde paulò inferius subiungit: Totaque Deitas, & sancta Trinitas, que se, hinc suis donis substantialiter quasi annexuit, & inclusit, vt nos sibi substantialiter vniat, sanctificet, Deificet, & adoptet, &c. Et infra: Ex hac communicatione ipsiusmet persone Spiritus sancti, & Diuinitatis, sequitur in anima summa cum eo vnio, & quasi Deificatio, & consequenter adoptio perfectissima scilicet, non tantum per gratiam, sed etiam per substantiam diuinam, &c. Quam doctrinam repetit hic Auctor in Comment. super c. 2. Aggæi Prophetæ n. 8.

Hanc eandem doctrinam melius experientia edocta nobis Sancta Mater nostra THERESIA monumentis suis relinquit c. 1. scilicet Mansionis 7. sic inquit: Omnes tres personæ hic se illi familiares reddunt, cum ipsa communicant, ei loquuntur, hacque verba, que Dominum dixisse, Euangelium testatur, se scilicet ac Patrem, ac Spiritum sanctum ad animam, que ipsum diligeret, ac mandata eius seruaret, venturum, & apud ipsam mansionem facturum, eam re ipsa intelligere faciunt. Quotidie autem magis ac magis anima hac obstupescit, quod sanctas hasce personas nunquam exinde à se abesse aut recedere sibi persuadeat, sed euidentissime videat, eo modo, quo dictum est, in intimo anima sua penetrati, in recessu quodam admodum profundo (quod quomodo sit explicare nequit eo quod scientiam ac doctrinam non habet) diuinum hoc contubernium sibi adesse ipsumque in se sentiat.

Hæc autem vnio specialis Spiritus sancti, non solum contingit in prima infusione gratiæ, sed etiam in eius augmento maximè, quando anima proficit in nouum statum gratiæ, quia tunc etiam datur missio inuisibilis Spiritus sancti, vt cap. præcedenti a. 11. ex D. Thom. diximus, beneque ostendit Suarez cit. lib. 12. de Trinit. c. 5. à n. 16. & Ruiz de Montoya vbi supra sect. 4.

Ex quo apertus manet sensus huius locutionis, Mystici nostri Doctoris, constituentis

B.
Joannis
à Cruce

Opera
mystica
NVI
128

uentis substantiales contactus, substantialemque præsentiam Dei in anima, quæ valde proficit illa sublimi transformatione contemplationis in gratia, & claritate, tunc enim ratione huius insignis augmenti gratiæ, obtinet illum specialem modum substantialis præsentia, & contactus Dei in anima, quem hactenus ex D. Thom. & Theologorum recepta doctrina explicuimus; iuxta quem etiam sensum idem Angel. Doctor q. 22. de verit. art. 3. inquit: *Tangit Deus animam gratiam in tactando*. Pro quo adducit locum illum Psal. *Tange montes*, cum explicatione Glossæ dicentis: *Tange gratia tua &c.*

§. III.

Obiectio quadam diluitur.

85. **N**Ec huic doctrinæ obstat id, quod aliquis dicere posset, scilicet huiusmodi contactus, quos Myticus noster Doctor appellat substantiales, potius pertinere ad actualem gratiam, quæ in actuali illustratione intellectus, & in firmatione voluntatis consistit, quæque terminatur ad actus intellectus, & voluntatis, quos in sublimi illa contemplatione, sublimiter, medijs potentijs exercet anima, atque ad eò non pertinere ad gratiam habituale, & ita non rectè appellatos fuisse substantiales contactus, siquidem non in substantia animæ, sed in eius accidentarijs potentijs recipiuntur. Non inquam id obstat prædictæ doctrinæ, nam eo ipso, quod exercantur prædicti actus medijs potentijs, necesse est etiam, ut detur in substantia animæ nouum augmentum gratiæ gratum facientis, prædictis actibus intentis, & frequentibus correspondens, & proportionatum, ut ex communi Theologorum doctrina supponimus, & id eò necesse est etiam dari nouum illum modum substantialis vnionis, & præsentia Dei ad animam, qui in prædicto augmento gratiæ iuxta doctrinam traditam, & probatam reperitur, ad quod attendens Venerabilis noster IOANNES, meritò prædictos contactus, substantiales appellauit.

89. Quod bene explicatur ex eo, quod docet D. Thomas in 3. dist. 13. quæst. 1. art. 1. his verbis: *Gratia principaliter duo facit in anima, primo enim perficit ipsam formaliter in esse spirituali, secundum quod Deo assimilatur, vnde, & vita anima dicitur: secundo perficit eam ad opus, quia non potest esse operatio perfecta, nisi progrediatur à potentia perfecta per habitum, &c.* Ex quo constat, quod quando in potentijs intellectus, & voluntatis exercentur in sublimi illa contemplatione actus supernaturales, prædictis potentijs correspondentes, prius reperitur in anima gratia, vel augmentum gratiæ perficiens animæ substantiam, secundum quod Deo assimilatur, atque ad eò reperitur contactus ille Dei, seu præsentia substantialis in anima, quem iam explicuimus.

66. Quibus omnibus tandem addimus, quod etiam ratione ipsorum actuum potentiarum, qui in sublimi illa contemplatione exercentur, potuit optimè Myticus noster Doctor, prædicta locutione substantialem contactuum vti, eo quod plerumque locutiones illæ, quæ pertinent ad rei substantiam, vel essentiam applicantur eius operationi, quando talis operatio est valde propria tali substantiæ, & ad illam prædic-

præcipue tendit, quod optimè adnotauit D. Thom. in 4. dist. 49. q. 1. artic. 2. quaestione 3. ubi innuit, quod & si nomen vitæ directè pertineat ad substantiam, & naturam viuentis, iuxta illud Philosophi viuere viuentibus est esse. Tamen translaturum est (verba sunt D. Thom.) *nomen vitæ ad assignandam operationem, & secundum hunc modum vnusquisque illam operationem suam vitam reputat, cui maxime intendit, quasi ad hoc sit totum esse suum ordinatum.* Cùm igitur actualis contemplatio amorosa, sit proprium opus ad quod tendit anima, quæ ad illum sublimem transformationis in Deum statum accedit, meritò Mysticus noster Doctor, locutionem pertinentem ad substantiam talis animæ prædictæ operationi adaptauit, cumq; ratione gratiæ, seu insignis augmenti gratiæ existentis in substantia animæ, reperiatur substantialis Dei contactus in illa, specialisque modus præsentis substantialis Dei ad illam, meritò locutiones has ad explicandam prædictam operationem, quam tunc sublimiter exercet anima, adaptare potuit.

§. IV.

Sanctorum Patrum, & illustrium Doctorum testimonijs, eadem doctrina confirmatur.

Hæc autem substantialem contactum specialemque modum substantialis præsentis, & vnionis Dei ad animam, denotare voluerunt Sancti Patres, alijque Doctores Mystici, cum quibus consentit Venerabilis noster IOANNES, quando afferunt animam perfectam ad eum sublimitatis gradum peruenire, vt in Deum taliter transformetur, vt à se ipsa velut deficiens, tota in Deum conuertatur, & transmutetur.

17.

Ad hunc namque sensum loquens de hac intima vnione D. Bernardus in tractatu de diligendo Deo inquit: *Ed cetiè defecatio, & purior, quo in ea de proprio nihil iam admixtum relinquitur, eo suauior, & dulcior, quo totum diuinum est, quod sentitur, sic affici deficiari est.* Et tractatu de diligendo Deo hoc idem optimè explicuit idem Bernardus, sic inquit: *Quomodo stilla aqua multo infusa vino, deficere à se tota videtur, dum & saporem vini induit, & calorem: & quomodo ferrum igneum, & candens igni simillimum fit, pristina propriaque forma exatum: & quomodo solus lucis perfusus aer in eandem transformatur lumen claritatem, aded, vt non iam illuminatus, quam lumen ipsum esse videtur: sic omnem in sanctis humanam affectionem, quodam ineffabili modo, necesse erit à semet ipsa liquecere, atque in Deum transfundi voluntatem, alioquin quomodo omnia in omnibus erit, si in homine de homine quidquam supererit? Et de vita solitaria ad fratres de Monte Dei sic rem hanc optimè declarauit: Super hanc autem, alia est adhuc similitudo Dei in tantum propriè propria, vt non iam similitudo, sed vnitas spiritus nomenetur, cum sit homo cum Deo vnus spiritus, non tantum vnitate volendi idem; sed ex prestiore quadam vnitate virtutis, aliud velle non valendi, dicitur autem*

22 2

hæc

B.
Joannis
a Cruce

Opera
mystica
NVI
124

hac vnitate spiritus, non tantum quia efficit eam, vel afficit ei spiritum hominis spiritus sanctus, sed quia ipse est spiritus sanctus deus charitas: cum per eum, qui est amor patris, & filii, & vnitas, & suauitas, & bonum, & osculum, & amplexus, & quid quid commune potest esse amborum in summa illa vnitate veritatis, & veritate vnitatis; hoc idem homini suo modo fit ad deum, quod cum substantiali vnitate filio est ad patrem, vel patri ad filium, cum modo ineffabili in cogitabili, que fieri mereretur homo dei, non deus, sed tamen, quod deus est ex natura, homo ex gratia, &c.

18.

Hanc vnionem appellant doctores mystici, matrimonium spirituale, quod inter alios optime Magistra illa celestis, ac Doctrix mystica THERESTA sic eleganter capite 2. Mansionis, 7. explicat: Occulta namque hac vnio peragitur in interiori anima centro (quod idem est ac in substantia animæ secundum mysticum nostrum doctorem) quod ipsum haud dubie est locus, vbi deus ipse commoratur; Apparet ergo Dominus in hoc anima centro sine vlla imaginaria, sed sola intellectuali visione, esto longe subtiliore & delicatior, quam ea qua hucusque dicta sunt; eo modo quo apostolis suis ianuis clausis apparuit, cum ipse dixit Pax vobis. Est tam graue arcanum & gratia tam eminens, id quod deus ibi anima in instanti communicat, & maxima quam sentit voluptas, vt cui illam comparare nesciam, plura de hoc dicere queunt, quam (quantum intelligi potest) anima huius spiritum, iam vnium quid cum deo factum esse: qui (sicuti & ipse spiritus est) amorem quo nos prosequitur demonstrare voluit, nonnullis hominibus declarans, quousque is se extendat, quo sic magnitudinem eius dilaudemus; quia sic placuit & voluit creatura se se vnire, vt quemadmodum duo coniuges tam coniuncti separari nequeunt, sic nec ipse ab ea disungi velit; hic perinde est ac si aqua de caelo in fluitum aut fontem aliquem caderet, vbi amba aqua ita vna fiunt, vt diuidi non possint, & discerni nequeant, quatenus sic aqua fluitans, quamam ea qua de caelo decidit. Est etiam, quemadmodum si medicus aliquis riuus in vastum mare inlueret; neque enim iam vlla eius ab hoc sequstrandis appareratio; aut denique quemadmodum si in cubiculo aliquo dua fenestra forent, per quas in ipsum magna se lucis copia infunderet, qua licet diuisa & disunctim ingrediatur, vna tamen & eadem ambalux fiunt. Hic forsitan locum habebit illud apostoli. Qui adhæret deo, vnus cum eo spiritus efficitur; quantum scilicet ad diuinum istud Matrimonium; presupponit enim maiestatem eius iam per vnionem anima se coniunxisse. Vnde & addit: Mibi viuere Christus est & moti locrum: sic & anima mihi hic dicere posse videtur; hic enim est vbi papiliunculus, quem diximus amoritur & quidem summo cum gaudio, cum eius vita iam sit Christus.

19.

Cum hac doctrina optime intelligitur tertium membrum diuisionis illius, triplicis spiritus, quam tradit Auctor libri de spiritu, & anima tom. 3. apud August. Ricardus in prolog. ad lib. de Trinit. & specialiter lib. 5. de contemplatione cap. 12. circa finem, & ex eis D. Bonauent. opuscul. de 7. itiner. æternit. dist. 3. primus scilicet gradus est spiritus in spiritu; secundus, spiritus supra spiritum; tertius spiritus sine spiritu. Et ab humano (dicit Ricardus loquens de 3. isto gradu) in diuinum videtur desicere, ita vt ipse iam non ipse.

Propter hanc rationem vnionem hanc nomine deificationis Nazianzenus; Deiformitatis autem titulo alij insigniuere, vt videre est apud Rosignol. lib. 5. de perfectione disciplinæ Christianæ capit. 24. simillimusque est ad hoc propositum dei, ad Augustinum lib. 7. confess. c. 10. qui deum sibi ita loquentem (loquendi modus)

du) audiuit: *Cibus sum grandium, cresce, & manducabis me, nec tu me in te mutabis sicut cibum carnis tue, sed tu mutaberis in me.*

Consentit Albertus Magnus de adherendo Deo, cap. 12. dicens: *Solus amor est, quo conuertimur ad Deum, transformamur in Deum, adhaeremus Deo, unimur Deo, & sumus vnus spiritus cum eo.* (Et inferius) *Nihil amore acutius, nihil subtilius, aut penetrabilius, nec quiescit, donec naturaliter totam amabiliter penetraverit virtutem, & profunditatem, ac totalitatem, & vnum se vult facere cum amato, & si fieri potest hoc idem ipse fit, quod amatum* (Et inferius) *Est enim amor ipse virtutis vnitiua, & transformatiua, transformans amantem in amatum, & e contra, vt fit vnus amatorum in alterum, & e conuerso, in quantum intinuius potest, &c.* Quod idem late eodem cap. profequitur.

Accedit Dionysius Carthusianus de vita solitaria lib. 2. cap. 10. *Enim vero in transformatione hac ipsa mens in Deum, mens ipsa a se desinit, ac deficit, & se omnique sui, ac ceterorum demum proprietate relictis, in ipsam Deitatis superineffabilem, simplicissimam, interminabilemque abyssum, & inscrutabilem quoque inaccessibilemque caliginem mergitur, & demergitur, liquefit, & eliquefit, profundatur & de profundatur, & vt omnia simul diuina, annihilatur, & a se ipsa deperditur. Porro in Deo viuunt, itemque cum illo ab omni proprietate, commixtione, ac affectione nuda, pura, & libera existens, vnum efficitur, vnu spiritus, vna anima, vnum esse, vna felicitas, alteritatem namque non percipit. Quoniam in Deiformem simplicitatem meat, & intrahens Dei influxus, ac superducens contactus, animam a se alienat, & in alteritatem quamdam transponit: Non quod in omnibus hu natura, aut existentiis creatura muret, aut desinat, sed quia modus exaltatur, desicatur que qualitas.*

Circa argumentum hoc nimis longum esset recensere, quod D. Bonauentura habet itiner. 7. aeternitatis dist. 1. 2. 3. & 4. Rusbroch. de gradibus amoris gradu 7. cap. 14. & opusc. de vera contemplatione 1. cap. etiam 14. 26. & 27. & lib. de perfectione filiorum Dei cap. 14. quibus locis strictissime de hac vnione loquuntur, quorum doctrinam sequens Mysticus noster Doctor, saepe etiam in suis operibus non solum in loco, vnde haec propositio, quam elucidamus desumpta fuit, sed etiam in libro *quadragesima Cantuum*, Cant. 36. 37. & c. sublimem hanc, & strictam vnionem inter animam perfectam, & Dei substantiam assignat.

Ex quo patet, quam diuersa sit haec stricta vnio, quam Doctores Mystici, & cum eis Venerabilis noster IOANNES assignant, ab vnione, quam haeretici, qui Illuminati dicuntur stultè constituebant inter ipsorum, & Dei substantiam, siquidem hi constituebant vnionem per identitatem essentiae, & ita asseriebant se non indigere gratia, nihilque Deum sine illis operari posse, eo quod essent Dij per naturam, atque ita se creasse caelum, & terram, ac cetera omnia, esseque filios Dei Patris ex vi generationis aeternae, necnon Beatæ Virginis secundum generationem temporalem, aliasque huiusmodi infanias deductas ex illa vnitate per identitatem, quam inter Deum, & semetipsos constituebant affirmare non dubitabant, quos errores late refert, & explicat Rusbrochius lib. de vera contemplatione cap. 18. 19. 20. & 21. ab his ergo erroribus non minus, quam lux a tenebris distat doctrina Venerabilis nostri IOANNIS, & aliorum Doctorum Mysticorum, strictam illam vnionem inter substantiam Dei, & substantiam animæ constituentium; nullatenus enim vnionem per essentiam, &

B.
Joannis
à Cruce

Opera
mystica
NVI
124

identitatem constituere volumus (id namque absurdum, & stultum est, ipsique naturali lumini contrarium) sed solum illam specialem Dei præsentiam, & substantialem, specialemque modum unionis intimæ, substantialisque contactus inter Deum, & animam ex gratia habituali veluti dimanantem, quem in hoc cap. ex Theologorum doctrina explicuimus, quemque explicat Venerabilis noster IOANNIS in citat. lib. 40. Cantum Cantu 36. vers. 2. ubi postquam strictissime de hac ratione loquutus fuerat, asserens eandem esse Dei, & animæ perfectæ & pulchritudinem, ut manifestius mentem suam declaret, sic subiungit: *Hæc est adoptio filiorum Dei, qui veraciter dicunt Deo, quod idem filius apud Ioannem dixit aeterno Patri his verbis. Omnia mea tua sunt, & tua mea sunt, illa quidem per essentiam, utpote Filius naturalis, nos per participationem, utpote filij adoptiui, sic dixit, non propter se tantum qui caput erat, sed etiam propter totum corpus suum mysticum, quod est Ecclesia. Quo nihil clarius pro totius huius rei explanatione dici potuit: ex quibus omnib. verissimus, & legitimus sensus propositionis, quæ elucidamus, satis apparet, totaque eius doctrina, & locutio stabilita, & confirmata manet.*

CAPVT XVII.

Elucidatur decimasextima propositio, eiusque legitimus sensus ex communi Sanctorum Patrum doctrina demonstratur.

1. **P**ropositio decimasextima habetur in libro, qui inscribitur, *Flam. na amoris viua*, Cant. 3. §. 7. ubi sic Mysticus noster Doctor loquitur.

Constituere in libertate serene pacis animam, eamque ab operationis sua iugum & seruitute libera, hæc enim est Aegyptiaca captiuitas, cum vniuersas istas operationes exercere paulo amplius sit, quam paleas ad coquendum lateres congregare, & ducere eam ad promissionis terram, quæ fluit lacte & melle.

2. Sensus huius propositionis manifestissime constat ex dictis supra in hoc 2. parte elucidationis cap. 4. ubi ex multis Mystici nostri Doctoris testimonijs euidenter demonstrauimus, nequaquam ipsum voluisse, operationes vitales ab anima, eiusque potentijs actiue elicitas in sublimi contemplationis statu excludere, imo tales operationes semper reperiri debere, expresse docuisse, sed solum voluisse excludere operationes proprias, id est, proprio labore, industria, acquisitione, discursu, modoque conaturali exercitas, ne tales operationes impedirent alias eleuationes, ac superioris ordinis ex diuina gratia, & peculiari Spiritus sancti motione supernaturali modo in illo sublimi statu elicendas, ut loco citato explicuimus. Hanc ergo doctrinam modo repetit in ea merito persistens, operationesque illas modo proprio laborioso, ac discursiuo elicitas, iugum, seruitutem, Aegyptique captiuitatem merito vocat, respectu illius status sublimis contemplationis, quem promissionis terræ comparat, in quo sine labore, ac propria industria, sed cum magna quiete, serenitate, & pace operationes longe eleuationi modo ex specialissima Dei motione, absque villo labore excerpantur, ad quem libertatis, & serenitatis statum non potest anima peruenire quo vique ab illo iam dicto seruitutis, & captiuitatis statu exeat, ut loco cit. sensus explicuimus. Vnde non oportet modo in huius propositionis elucidatione amplius immorari, sed ea quæ ibidem diximus, recolenda sunt. Sed

Sed pro maiori huius doctrinæ intelligentia, & illustratione non possumus non addere egregium eiusdem Mystici nostri Doctores testimonium in eodem libro, unde hæc propositio desumpta fuit, ibidem enim optimè rem hanc declarat, specialiter vero citato Cant., §. 9. 10. & 15. etenim cum in §. 10. hanc propriam operationum in sensu dicto cessationem, & annihilationem docuisset, statim tacitè occurrens objectioni, ita subiungit.

Non dicas ergo animam non progredi, nihilq; agere: nam si tunc non magis sapiunt et intelligentia alia quàm antea, ad vltiora progreditur, ad superna alia tendit. Sed dices, nihil distinctè intelligit: imo si tunc distinctè intelligeret, non progredetur. Deus enim incòprehensibilis est, intellectumq; excedens, unde quo magis progreditur anima, eo magis debet à seipsa recedere, in fide ambulando, credendo, no aut vidèdo; hocq; modo magis approximat Deo, non intelligendo, in sensu explicato. Et propterea nò affligaris inde, si enim nò retro eat intellectus, notitijs distinctis, alijsq; vitæ huius intelligentiis occupari volendo, ad vltiora progreditur; ad vltiora autem progredi, est in fide magis ambulare. Intellectus vero cum nesciat neque possit comprehendere qualis sit Deus pergit ad eum non intelligendo. Vnde hoc quod tu in eo reprehendis, ad ipsius bonum potius expedit illi, nimirum ut intelligentijs distinctis sese non implicet, sed ambulet in fide perfecta. Et in §. decimo, sic prosequitur.

Sed dices, voluntatem, nisi intellectus distinctè cognoscat, at minus otiosam futuram, neq; amaritiam, non enim amari potest nisi cognitum? Respondeo, ita se rem habere in operationibus præsertim, actibusque animæ naturalibus, voluntatem scilicet non amare, nisi id quod distinctè cognoscat intellectus. Sed illo temporis spatio, quo contemplatio, de qua loquimur, durat quam infundit Deus in animam, minimè necessarium est, notitiam distinctam interuenire, & animam multos facere discursus; tunc enim communicat illi Deus notitiam amorosam, quæ simul est velut lux calida distincta; tunc autem secundum intelligentiam modum est etiã amor in voluntate. Nam cum notitia generatis sit & obscura, non valente intellectu distinctè intelligere, quod intelligit: voluntatem etiam in genere absque distinctione aliqua amare necesse est: nam cum in subtilis ista communicatione Deus lux sit & amor, æqualiter duas istas informat imbuuntque potentias; quamvis interdum vnam feriat amplius, quam aliam. Vnde nonnunquam plus sentitur intelligentia quàm amoris, nonnunquam vero intensior amor quam intelligentia percipitur. Et propterea, nò est cur in statu isto voluntatis otiositas timeatur si enim ab exercitio actuum, per particulares notitias (in quantum ab ipsa proficiscebantur) directorum & gubernatorum desistat, inebriat illa Deus amore infuso, mediante contemplationis notitia, ut nuper diximus. Sunt autè tanto meliores, dulciores magisq; meritorij actus, qui contemplationis huius infusa actu eliciuntur: quanto melior est motor, qui amorè istum infundit animæ, & in ea accendit: mater enim voluntas Deo vicina, & ab alijs actibus abstracta & aliena. Propterea sollicite inuigiletur, ut voluntas à suis amorib; vacua sit, & abstracta: si, n. non recedat, aliquè cupiendo degustare succum vel consolationè, etiã si illa particulariter in Deo nò sentiat, ad vltiora progreditur ad Deum suè per omnia ascendèdo, quandoquidè nullius rei gustu delectationeq; tangitur, & quanquàm ad eò particulariter & distinctè Deum non degustet, nec eum ita distinctè actu diligit, plus tamè degustat eum in illa infusione generali, obscure & arcane, quàm si notitijs distinctis regeretur, si quidè manifestè tunc illa agnoscat, nullam notitiam tantam sibi delectationem adferre, quantum quæseta i la & solitaria: amatque illum super omnia amabilia, quandoquidem omnes alios succos, & miversumque rerum delectationes repudiauerit, & sint illi insulsa. Vnde non est cur affligatur; si enim nequit anima succibusque actuum particularium occupari & oblectari, ad vltiora tendit; nam non retroire aliquid

B.
Joannis
à Cruce

Opera
mystica

NVI

129

aliquid sensibile amplectendo, est inaccessibilis, quod est Deus, ulterius progredi. Atque ita volens, ad hoc ut ad Deum tendat, potius hoc facere debet, ab omni se re delectabili ac dulci abstracto, quam illi innitendo. Hoc modo optime satisfacit praecepto amoris, quod praescribit Deus super omnia diligendum. Quod ut cum omni perfectione fiat, cum ista nuditate & omnium rerum peculiarium vacuitate exerceri debet. Et tandem in §. decimo quinto sic concludit.

O igitur anima, quando tam sublimia dona à Deo recipitis, ut per solitudinē recolectiōis, statim vos deducat à vestro laborioso sensu vos separando, ne quaso ad eum revertamini: sed operationes vestras relinquit: etenim prius vobis adiumento erant ad mundum, vosque ipsas abnegando, cum in incipientium statu versaremini, nunc cum Deus hunc vobis insignem exhibet fauorem, ut ipsemet operarius & artifex esse velit, erunt vobis obstaculo & maximo impedimento. Dummodo enim iuretis in nullas operationes vestras occupare, ab omnibus rebus eas abstracto, nec illas multiplicando (hoc enim vobis ex parte vestra in isto statu faciendum incumbit) & praetera ut simul aduertentiam seu attentionem amorosam & simplicem adhibeatis, nullam animam vim inferenda (nisi forte abstracto illam ab omnibus & subleuando ne pacem ipsius perturbetis & alteratis) huiusquam praestitis, caelesti refectioe cibabit illam Deus, quandoquidem nullum ipsi in ea ponitur obstaculum. Quod Mystici nostri Doctoris testimonium sic ad longum retulimus, quia et eo tota eius doctrina, quoad materiam huius propositionis, non solum legitime declarata, sed etiam valde confirmata manet.

C A P V T XVIII.

Elucidatur decima octava propositio, & ex dictis in tota hac elucidatione verus eius sensus aperte ostenditur.

2. SEQUITVR iam decima octava propositio Mystici nostri Doctoris, quae talis est.

Hec transformatio & unio in sensum & habilitatem humanam cadere nequit, sed necessarium est ut anima perfecte & voluntarie seipsam euacuet ab omnibus quae habere potest, (loquitur de affectibus & voluntate quatenus ad se pertinent) Deo etenim qui prohibeat, ne quod libenter faciat in anima resignata, denudata, & exinanitata?

2. Doctrina huius propositionis quoad omnes eius partes est aperte vera, & optima, eiusque verissimus sensus ex dictis in toto hoc opere manifestè demonstratus manet: etenim in tres partes diuidi potest, in quarum prima asserit huiusmodi unionem, & transformationem in Deum perfectum nequaquam sub sensu, & industria humana cadere: & hoc certissimum est, non solum, quia est quid supernaturale ad quod proinde vires humanae ex se ipsis pertingere non possunt, ut contra Pelagianos, & Semipelagianos definitum est in Concilio Mileuitano cap. 5. Araucano 2. cap. 6. & Tridentino sessio 6. decreto de iustificatione cap. 5. canone 1. 2. & 3. sed etiam quia adhuc in ipso ordine supernaturali est quid valde eleuatum commune operandi modum superans, eoque ipso sub diligentia humana adhuc adiuta communi, & ordinario auxilio gratiae cadere non potest, ut in 1. huius elucidationis parte cap. 5. notat.

ex communi doctrina ostendimus, & ideo de veritate huius propositionis quoad hanc primam partem dubitari non potest.

Deinde in 2. parte eiusdem propositionis asserit Mysticus noster Doctor debere animam, quæ hac sublimi contemplatione transformationeque potiri debet, esse vacuum à cæteris omnibus, non quidem quoad operationes discursivas intellectus, & rerum imagines, aliaque huiusmodi, nam de hac vacuitate, & denudatione non in hac, sed in alijs propositionibus agit, nosque eius doctrinam explicantes egimus etiam latè supra c. 2. 3. & 4. sed modo inquit debere esse vacuum ab omnibus affectionibus, desiderijs, & amore rerum creatarum eo modo, quo supra in 2. parte elucidationis cap. 1. 12. & 14. latè demonstraui. Vnde nihil modo pro elucidatione huius propositionis quoad hanc partem addendum superest.

In tertia vero parte asserit debere animam esse resignatam in Deum, denudatam, & annihilatam: cuius doctrinæ quoad resignationem veritas adeo certa est, ut iuxta sanam Theologiam de ea nequeat dubitari: quo ad denudationem vero, & annihilationem constat legitimus eius sensus ex dictis supra in prima huius elucidationis parte, cap. 3. & 4. specialiter vero §. octauo, cap. quarto, vbi locutiones has fusè explicauimus.

Quod autem asserit Mysticus noster doctor, scilicet posse Deum facere, quidquid sibi placuerit in anima resignata, denudata, & annihilata, nequaquam denotat non posse Deum si voluerit idem operari in alijs animabus non ita perfectis; sed sensus est prædictam resignationem, & denudationem esse optimam dispositionem ad hoc, ut Deus in illa hæc sublimia operetur, sine qua dispositione, ut in plurimum ea operari non solet, & ideo longè melius esse ad hæc à Deo obtinenda prædictam resignationem, & denudationem habere, quam carere illa, de cuius doctrinæ veritate, nec leuiter dubitari potest.

C A P V T XIX.

Propositio decimanona, ex dictis declaratur, & elucidatur.

Propositio decimanona habetur in libro qui inscribitur, *Flamma amoris viua*, Can. 3. §. 4. vbi loquens de impedimentis, quibus anima ab hac perfecta vnione retardari potest, asserit primum impedimentum esse spiritualem Magistrum, de quo sic subiungit.

Non mediocriter necessarium est anima proficere & non retrocedere cupienti, considerare cuius se manibus credat: pro itinere porro isto saltem pro sublimioribus eius rebus, imo etiam pro mediocribus, vix ductorem aliquem perfectum, secundum omnes quæ ad officium istud requiruntur partes, reperiet.

Doctrina huius propositionis verissima est, in qua nequaquam Mysticus noster Doctor, vel leuiter insinuat errorem hæreticorum, qui Illuminati dicuntur, asserentiū

bb nul-

B.
Joannis
à Cruce

Opera
mystica
NVI
128

nullos alios reperiri idoneos spirituales Magistros præter ipsos, vel eos quos ipsi affi-
gnabant, quos in suis erroribus, ac turpitudinibus, cum ipsis consentire sciebant, hinc
inquam errorem nequaquam, vel leuiter Mysticus noster Doctor inuauat, imo po-
rius grauitèr condemnat eos, qui taliter spirituali magisterio animarum abutuntur,
vt nunquam eas à sua disciplina exire, aliosque spirituales Magistros quærere permit-
tant, vt videre est lib. citato, *Flamma amoris viua*, citato Cantic. 3. §. 12. Vnde sentus huius
propositionis nullus est alius, nisi ille quem supra in prima par. huius elucidationis
cap. 5. à num. 11. & cap. 7. per totum latè explicuimus, vbi fusè ostendimus ex com-
muni Sanctorum Patrum, & Theologorum doctrina, quanta sit inopia spiritualium
Magistorum, qui munus hoc perfectè possint exercere propter scientiam non me-
diocrem, tam scholasticam, quàm mysticam, intusque experientiam, quæ ad hoc
requiritur, vbi id videri debet. Ibidemque specialiter vero citato cap. 7. §. 4. quoniam
pactò Theologia Mystica per scholasticam examinari, & iudicari debeat, ostendi-
mus, quod nullatenus in hac propositione Magister noster Doctor negat.

CAPVT XX.

*Elucidatur vigesima propositio, & Sancto-
rum Patrum testimonijs corro-
boratur.*

6. **P**ergamus tandem ad elucidandam vigesimam propositionem, quam habet
Mysticus noster Doctor in lib. 1. *Ascensus Montis Carmeli* cap. 9. vbi alicui
quemlibet appetitum inordinatum, & si mortalis culpa non sit, coinquinate ani-
mam, & eam maculare, quod in fine eiusdem capituli etiam de imperfectionibus, quæ
nec mortalis, nec venialis culpa sunt, asserit sic concludens. *Id solum ad præsentem institutionem
affirmo, quemlibet minutissima etiam imperfectionis appetitum obscurare, ac perfectam animæ cum
Deo vnionem impedire.*

Doctrina huius propositionis eiusque locutio est communis apud Sanctos Pa-
tres, & Doctores præsertim Mysticos, qui sæpè asserant, quidquid potest aliquo mo-
do perfectam contemplationem, & vnionem cum Deo impedire, & si nec mortalis,
nec venialis culpa sit, esse maculam, quæ purgatione indiget, eo quod animam aliquo
modo coinquinat.

2. Hac enim ratione Albertus Magnus lib. de adherendo Deo, purificationem ima-
ginum, & phantasmatum (in quibus nulla culpa reperitur) tanquam necessariam ad
hanc vnionem statuit, & ideo cap. 4. de eis sic loquitur: *Qua tamen, & si nonnunquam
leuia, & tanquam nulla videantur peccata, tamen magna sunt impedimenta huius sancti exer-
citiij, & operis, & ideo etiam si vtilia, & necessaria visa fuerint, siue magna, siue parua,
vel noxia, & perniosa, illico sunt reijcienda.* Et cap. 5. sequenti sic subiungit. *Qua propter sim-
pissime nudare, & purificare à phantasmatibus, &c.* Et cap. 8. sic iterum de hoc loquitur
Oportet

Oportet vt ab omnibus à phantasmatis, & inuolutionibus, & obnubilationibus sit depuratus spiritus tuus tanquam Angelus corpori alligatus, &c.

Optimè etiam de hac re loquitur Dn. Bonauentura opasc. i. de 7. itineribus æternitatis, vbi explicans illud Cantic. 5. *Laui pedes meos, quomodo inquinabo eos.* Affert explanationem quandam Vercellensis, quæ sic habet. *Quomodo inquinabo eos iterum vmbri, & imaginibus temporalium, cum etiam intellectuales operationes, & forme insuper intellectu exercitio reputentur macula, & offendentia, &c.*

Consonat Gilbertus Abbas serm. 1. in Cantic. vbi perpendens, quam bona sit contemplationis nox, quamq; malus sit dies ille, quem scriptura vocat diem hominis, sic inquit: *Heu me quomodo me circumfulget dies ista? quomodo affectum meum arripuit ad se? vbi que erumpunt, & emergunt in cogitatum cuncta, que spiritum, vel turbent, vel deturpent, licet enim animus castigatiore repellat illa proposito, solo tamen irruentium cogitationum sordidatur affectu, non important cum violenter importantur culpam aliquam, tamen iniuriam irrogant affectu & munditia.*

Id ipsum docuit D. Thom. de veritate quæstione 13. articulo 4. his verbis: *Per se impediunt se inuicem intellectiua, & sensitiua operationes, tum per hoc quod in vtrisque operationibus oportet intentionem esse, tum etiam, quia intellectus quodammodo sensibilibus operationibus admiscetur, cum à phantasmatis accipiat, & ita ex sensibilibus operationibus quodammodo intellectus puritas inquinatur.*

Accedit Venerabilis Antistes Bartholomæus à Martyribus in 2. parte compendij cap. 11 pagina 90. vbi optimè de hac re loquitur his verbis. *Heu, quam pauci sunt qui huc peruenire contingit, modicus enim amor, tenuisque affectus, quo quis mortali creatura adheret, verbum otiose prolatum, aut buccella panis aliter quam oportet sumpta, & alia huiusmodi, licet minutula palea efficiunt, vt Deus, qui summa puritas est non intimo anime vnietur, donec he inordinationes expientur, imò tempore vnionis inter Deum & animam quæcumque, licet bona imagines sunt, procul expellenda, quia sunt media inter vtrumque, &c.*

Tandem eandem doctrinam, & locutionem tenent noster Hieronymus à Matre Dei, in annotationibus ad cap. 7. libri Sanctæ Mariæ nostræ THERESIÆ, qui inscribitur, *Conceptus amoris diuini, circa finem,* noster Didacus à les y in annotationibus ad librum Mystici nostri Doctoris, discursu primo, phrasi prima, pluresque alij Doctores, & ideo doctrina hæc, & locutio omnino vera est, nullatenusque per eam denotare vult Venerabilis noster IOANNES sicuti, nec alij citati Doctores, huiusmodi res, quæ ad mortalem culpam non pertingunt, coinquinare, & maculare animam per hoc, quod inducant in illa maculam, quam Theologi Scholastici priuationem gratiæ appellare solent, hanc enim maculam solum appetitus mortalis culpæ inducere expresse docet Mysticus noster Doctor citato lib. 1. Ascens. Mont. Carmeli cap. 12. & ideo solum vult prædictos affectus, qui ad mortalem culpam non pertingunt, imò etiam si solum sint imperfectiones, eatenus maculare animam, quatenus impediunt insignem illam puritatem, quæ ad perfectissimam, qualis in hac vita haberi potest, cum Deo vnionem, ac transformationem, sublimemque contemplationem requiritur, vt in eisdem locis ipsemet Mysticus noster Doctor optimè explicat, Scripturæque Sacræ testimonijs confirmat.

B.
Joannis
à Cruce

Opera
mystica

NVT
128

8. Propositiones alias, quæ ab aliquibus simul, cum præcedentibus notatæ fuerunt, consulto omitimus, quia cum ijs, quas elucidauimus, omnino coincidunt; & ideo ex prædictarum explicatione, & elucidatione, aliæ quoque, quas omitimus, explicatæ, & elucidatæ manent; ita ut pro earum declaratione, & recta intelligentia nihil addendum super sit: ea autem omnia, quæ huc usque diximus, Sacrosanctæ Mariæ Ecclesiæ correctioni prompto animo omnino subijcimus, & ut in Dei laudem, & gloriam, Mysticique nostri Doctoris debitum honorem, ac venerationem, necnon, & erga eius præclara scripta, debitam fidem, ac pium affectum cedant, eam præcamur.

CAPVT XXI.

Elucidatur vigesima prima propositio, verusque eius sensus Sanctorum Patrum testimonij corroboratur.

1. PROPOSITIO vigesima prima habetur in lib. cui titulus est, *Flamma amoris viva*, Cantic. 3. §. 5. ubi loquens Mysticus noster Doctor de statu incipientium, quibus necessarij sunt actus discursiui sic subiungit.
- At postquam istud aliquatenus iam effectum est, confestim incipit Deus euehere eos, ad istam contemplationis statum, quod valde cito, breuique tempore fieri solet, præsertim in personis in Religione Deo dicatis, eo quod magis tempèstive repudiat is sæculi rebus sensum appetitumque Deo accommodant, quo factò nil superest aliud, quam ut meditatione ad contemplationem confestim gradum faciant.*
2. Hæc propositio ideo forsitan aliquibus difficilis videri quodammodo poterit, quia sæpè apud Sanctos Patres Mysticosque Doctores scriptum reperitur, contemplationem non nisi ijs, qui in meditatione, virtutumque exercitijs versati sunt tribui, ita namque docuile videtur S. Gregorius homilia 3. in Ezechiel. ibi. *Seruus Hebraeus emptus sex annis seruire præcipitur, ita ut in septimo liber exeat gratis, quid enim per septennium numerum nisi actiua vita perfectio designatur? quid per septennium nisi contemplatiua vita exprimitur? sex ergo annis seruit, & septimo egreditur liber, qui per actiuam vitam, quam perfectè exhibuerit ad contemplatiua vita libertatem transit, &c.* Consonatque Diu. Bernard. in scabulo claustrali ubi inquit. *Raram, ac prodigiosam esse contemplationem, quam orationis exercitia non præcedunt.* Et serm. 3. de circuncisione ait. *Cum in ijs fueris diutius exercitatus, roga dari tibi deuotionis lumen, diem serenissimum, & sabbatum mentis.* Quod etiam serm. 46. in Cant. docent suffragaturque Ricardus de præparatione ad contemplationem cap. 79. ibi: *Ab sine dubio sine ingenti exercitio, sine frequenti studio, sine ardenti desiderio ad perfectam scientiam altitudinem mens non subleuatur.* Eandemque doctrinam tradit Cassianus collat. 14. c. 2. 3. 26. 27. Dionys. Carthus. de fonte lucis c. 9. Rosignolius de disciplina Christianæ relig. li. 5. c. 14. Caietanus 2. 2. q. 180. ar. 2. & q. 182. art. 1. Molina Carthus. tra. 2. partium orationis c. 6. §. 3. & plures alij.
- §. 1. 17.

Verus propositionis sensus declaratur.

CÆTERVM nullatenus SS. Patrum, ac Doctorum Mysticorum doctrinæ propositionis hæc Mystici nostri Doctoris benè intellecta aduersatur. Etenim vt eius verus sensus percipiatur, duplex distinctio præ oculis habenda est: prima scilicet circa personas, quæ orationis studium profitentur, velenim negligenter, ac tepidè in meditatione rerum diuinarum, exercitijs virtutum, ac passionum mortificatione se gerunt, vt frequentius contingere solet, vel ingenti conatu huiusmodi exercitijs incumbunt, & ad perfectionem tendunt. Rursus (& hæc est 2. distinctio) vel possumus loqui de eo, quod vt in plurimum contingere solet, vel de eo, quod multoties Deus ex speciali sua misericordia, vel prouidentia operatur.

Quibus suppositis verus, & legitimus sensus huius propositionis, quem ipsemet contextus, & verba Mystici nostri Doctoris satis exprimunt, est, quod & si vt in plurimum, ac secundum consuetum diuinæ prouidentia ordinem, contemplationis gratia, non nisi post longum tempus in meditationis, & virtutum exercitijs consumptum tribui soleat, eo quod ij, qui orationis studium profitentur, vt in plurimum tepidè, & remissè in meditationis, & virtutum exercitijs se gerunt, nec ingenti illo conatu, quem dicebamus ad perfectionem tendunt, tamen quoties personæ orationi deditæ, strenue, ac diligenter in meditatione sancta terrenarum rerum abdicatione cordialique renuntiatione, virtutum exercitijs, passionumque mortificatione se gerunt (quod in ijs, qui religiosum profitentur statum, maximè vero reformatum, & valde perfectum) cuiusmodi erant illi ad quos doctrinam suam specialiter Mysticus noster Doctor dirigebat (satis frequentè contingere solet) tunc regulariter etiam loquendo non multum immoratur Deus in contemplationis gratia eis tribuenda, sed breui tempore ex meditationis exercitijs eos educere, & ad contemplationem perducere solet: cum quo tamen stat, quod aliquando, vel propter specialem Dei gratiam, aut prouidentiam, vel propter personarum ingenia, aut occupationes, vel alijs specialibus de causis, oppositum contingat, ita scilicet, vt aliquando imperfectis & negligentibus contemplationis gratia concedatur; aliquando verò prouectis, ac feruentibus, imò & perfectis denegetur.

Cæterum cum id regulare non sit, sed potius id, quod antea dicebamus, vt in plurimum, & regulariter contingat, meritò Mysticus noster Doctor iuxta id, quod regulariter in personis religiosis, quæ diligenter, & strepue in virtutum, & orationis studio se exercent, festinanterque ad perfectionem currunt, contingit, doctrinam suam scripsit: quæ in sensu dicto verissima est, & SS. Patrum, ac Mysticorum Doctorum doctrinæ omnino conformis: quam uis enim ipsi vnanimiter doceant meditationem debere regulariter loquendo cõtemplationem præcedere, vt ex supra adductis eorum testimonijs constat, nequaquam tamen generalem regulam de diuturna mora, ac longo tempore, quod inter meditationem, & contemplationem pertransire debeat, statuunt, quin potius taliter de hac re loquuntur, vt eandem profus, quam ex Mystico nostro Doctore doctrinam tradidimus, ipsi prius tradiderint, & docuerint, vt ex testimonijs, quæ iam subiungimus, manifestè constabit.

B.
Joannis
à Cruce

Opera
mystica
NVI
128

6. Ut autem manifestius appareat, quàm conformis sit sensus, quem tradidimus, textui, ac doctrinæ huius propositionis, verba ipsius, secundum eius contextum prius referre placuit, quæ talia sunt: Incipientium status est, meditationi insistere, in statu isto necessariū est, ut suppedietur aīna materia, ut ex se seu naturali discurrat, & inter res alium exerceat, & igne feruoreque spiritali sensibili utatur, hoc enim modo sensus appetitusque rebus bonis assuefacere conuenit, ut suauitate ista illecti, à rebus seculi diuellantur. At postquam istud aliquatenus iam effectum est, confestim incipit Deus prouehere eos ad istum contemplationis statum, quod valde cito, breuique tempore fieri solet, præsertim in personis Deo in Religione dicatis, eo quod magis tempestiuè repudatis seculi rebus sensum appetitumque Deo adaptent & accommodent: quia factū nil superest aliud, quàm ut à meditatione ad contemplationem confestim gradū faciant, quod tunc fit, quando iam discursus altus, propriæque anime meditationes, nec non sensus, primique sensuum feruores cessant & evanescent, non valent iam anima sicut prius discurrere, nec aliud adinueniunt per sensum recipere, sed in ariditate remanente. Ecce qualiter ad hoc, ut à meditatione ad contemplationem quis debeat transire, abdicacionem, & eradicationem à rebus sensibilibus, taliter, ut in illis suauitatem, & saporem iam nequeat percipere, Mysticus noster Doctor exigit, sicuti etiam idem docuerat in lib. 2. Ascens. Montis Carmeli c. 17, quod & si in ijs, qui valde diligenter, ac strenuè orationis, & virtutum studio non incumbunt, non nisi post longum tempus contingere solet, tamen in ijs, qui ingenti cogatu, ac feruore per orationis viam ad perfectionem tendunt, ut in personis religiosis sæpe reperitur, hanc temporis diuturnitatem regulariter non requirit, sed breuiter id fieri merito Mysticus noster Doctor asserit: sed iam Sanctorum Patrum, & illustrium Doctorum testimonia in rotius huius doctrinæ confirmationem adducamus.

§. II.

Sanctorum Patrum, & illustrium Doctorum testimonij doctrina tradita corroboratur.

7. **I**N primis igitur D. Bonaventura in prologo Mystice Theologie, sic loquitur: Sic quilibet nouus discipulus ad perfectionem huius essentie (scilicet Mystice Theologie) gradatim ascendat, ut primo in via purgatiua, qua est via puerilis, & incipientium studiosissima exerceat: postea autem per spatium modici temporis, scilicet per mensem vnum vel per duos, secundum quod diuino superradiante lumine, sibi videtur expedire, ad amorem cogitando conseruat. Quod si presumptuosum forte alicui videatur, quod anima inuoluta peccatis multiplicibus, audeat à Christo, amoris petere vnionem, in se ipso cogitet, nihil esse periculi, &c.
8. Id ipsum idemmet S. Doctor in eodem libro Mystice Theologie c. 7. particul. 4. in fine his verbis proficitur: Hac scribere volui, ad hoc, quod minus experti in ista sapientia corroborato itinere sentiant dirigant, scientes, quod citissime inuenitur. Quod si in principio purgationis, vel esstatica consurrectionis difficultas mirabilis sentiat, tamen in paucis vixati citissime in multis bene disponuntur, ita ut experimento videant omne, quod oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominū ascendit, &c. In quo testimonio particula illa citissime bis repetita, perpendenda est.
9. Quod etiam tetigit D. Bernard. ser. 3. de circumcissione his verbis: Ad hanc perfe-

ctum

tionem (scilicet contemplationis) pauci ni fallor perveniunt in hac vita: nec enim si quis aliquando videtur hanc habere, continuo credit sibi necesse esse, maxime si novitius est, nec per praefatos ascendit gradus. Pius enim Dominus noster Iesus Christus pusillos corde blandit, talibus solet allucere, sed noverint, qui huiusmodi sunt gratiam hanc praestitam sibi esse non datam. Vbi apertè fatetur D. Bernardus participationem contemplationis perfectæ, concedi etiam novitijs, & pusillis corde, quamvis simul suadeat ne ipsi propter hoc sibi metipsis confidant, seu credant, eò quod cum in illis virtus omnino radicata non sit, facile propter aliquam negligentiam hanc gratiam sibi concessam amittere possunt, qua de causa inquit D. Bernardus, talem gratiam praestitam illis esse non datam: cum hoc tamen stat, quod si ipsi diligenter, ac perseveranter in virtutis studio, & in via spiritus se exercent, praedictam contemplationis gratiam non amittere, sed retinere soleant, ut ex doctrina S. M. N. THERESTÆ statim ostendemus.

Consonat D. Greg. hom. 17. super Ezech. sic inquit: Non enim contemplationis gratia summè datur, & minimis non datur, sed saepe hanc summè, saepe minimè, saepius remotè, aliquando etiam coniugati percipiunt.

Sed optimè de hac re loquitur S. M. N. THERESTA saepe in suis operibus etiam cap. 11. suæ vitæ, ubi pro diversis orationis gradibus explicandis quatuor aquarum genera distinguens, sic loquitur. Aliquis illorum, quorum iussu hac scribo; maiorem quadrimestri spatio Domino iuvante profectum fecit, quam ipsa septemdecim annis ipsis fecerim: melius scilicet ille se disposuit: utaque nullo suo labore hortam hunc quadruplici aqua hac irrigat, tamen si ultima adhuc ei non nisi guttatim datur: sed ita inde proficit, ut propediem, cum Dei gratia, in illam penitus absorbendus sit. Deinde cap. 22. suæ etiam vitæ circa finem sic inquit. Et sane reperire aliquando est, quos Deus iam inde à principio per viam valde sublimem conducit, qui putant & alios pari modo posse proficere, & intellectum sine vllis corporearum rerum adminiculis ad quietem posse perducere.

Præterea capite 11. eiusdem libri, sic inquit: Si pro posse tamen animum à terrenis omnibus auelleremus, atque omne nostrum studium & conuersatio in cælis esset, certissimè mihi persuades, fore ut bonum hoc quam brevissimo tempore nobis daretur, si modo (vti sanctos nonnullos scisse constat) nos quam citissimè totaliter huc disponeremus. Quibus in verbis eandem proflus, quam Mysticus noster Docteur scripsit, doctrinam in sensu à nobis supra S. T. huius cap. explicato continet.

Insuper in libro, qui inscribitur: Conceptus amoris divini, capite 6. sic de altissima contemplatione, ubi suspendium potentiarum reperitur, loquitur: Evidentia equidem rei huius proferre argumenta potero, etenim quadam in alijs conspexi: memini me vnum vidisse, cui Dominus triduo vno tot tantaque bona dedit, ut nisi experientia (quia iam abhinc annis aliquot ipsa in illis se exercuit, quin & semper indies in melius proficit) id me credere compelleret, id mihi impossibile videretur. Aliam vero cui in trimestri spatio datum, & amba erant adhuc satii iuvenes. Alias vero vidi quibus non nisi post multos annos hanc Deus gratiam praestat. Et sicuti de duobus illis dixi, possem & de aliquot alijs dicere. Et ideo hoc annoto, quod hoc loco scripsi, paucas esse animas, quibus nisi ad multos annos afflictiones & pressuras passe sint, has Dominus gratias conferat: ut sciatur saltem esse aliquas. Tam potenti autem & magno Domino, & ad gratias dandæ tam propenso non est terminus aut taxa aliqua constituenda.

Uterius cap. 34. suæ vitæ loquens de quodam suo Confessario sic ait: Breuissimo

B.
Joannis
à Cruce

Opera
Mystica
NVI
128

enim tempore per magnam rerum ad spiritum spectantium experientiam est consecutus: hac quippe sunt dona Dei, quae Dominus & cum vult, & quomodocumq; vult, dare solet: neque hoc in ipsa temporis disjunctura aut obsequiorum praesentium magnitudine situm est, non tamen dico, haec nihil omnino ad hoc conferre, sed Dominam subinde his post viginti annos contemplationi ingente impensas non dare quod alijs datur in vno, novit scilicet Maestas eius quare id ita faciat. Tandem in lib. Mansionum Mansionone 4. cap. sic de hac re loquitur: Vt vero quis ad hanc mansionem pertingat, videri posset necesse esse diu in prioribus illis Mansionibus egisse. Quamvis autem ordinarium sit, vt in ea, quam iam paulo supra descripsimus, aliquantulum egerint, tamen non est certa haec Regula (quemadmodum iam sapius audiuisse ex me potest) largitur enim hanc Dominus, quando, quomodo & cuiuscumque voluerit, utpote bona sua & propria, & ita vt nulli iniuriam inferat. Ex quibus omnibus testimonijs constat, quam consona sit doctrina Mystici nostri Doctoris in sensu à nobis explicato, doctrinae S. M. N. THERESIAE.

15. Praeterea eandem doctrinam tradunt plures alij Doctores, de quorum numero est Suarez lib. 2. de orat. cap. 11. n. 10. vbi sic habet: Venique addendum est non esse ita propriam contemplationem virorum perfectorum, quin magna ex parte degustari possit ab imperfectis, imò & ab incipientibus, datur ergo etiam incipientibus interdum participatio aliqua bonae contemplationis, ex peculiari quidem gratia ordinaria quidem, vt existimo, si ipsi faciant, quod in ipsis est. Vbi particula illa ordinaria quidem si ipsi faciant, &c. perpendenda est, traditam, namq; à Mystico nostro Doctore doctrinam iuxta sensum à nobis explicatum omnino continet.

16. Denique (vt plura alia omittamus testimonia) eandem doctrinam tradunt noster Ioannes à Iesu Maria c. 2. de Mystica Theol. Molina Cartus. tract. partium orat. c. 6. § 3. vbi asserit se experimento cognouisse plures personas, quibus breui tempore Deus contemplationis gratiam communicauit, Albarado tom. 1. artis bene viuendi, lib. 1. c. 15. n. 20. ibi, Et est magnus error arbitrari contemplationem esse tantummodo vnde perfectorum, & multum perfectorum, & non incipientium. Et lib. 2. c. 1. n. 6. ait quod iuxta doctrinam D. Bonavent. Henrici de Palma, & aliorum DD. solum 15. dies solent de lege ordinaria in via purgatiua, antequam ad illuminatiuam aditus pateat, confluere, ac tandem plures alij Doctores, seu speciales Magistri.

17. Ex quibus omnibus etiam constat, non parum errare spiritualemque animarum profectum impedire, eos qui absque maturo examine, & consideratione, contemplatione illorum reprobant; qui non longo tempore in orationis studio se exercuerint; vel adhuc aliquibus imperfectionibus in spiritali via, virtutumq; exercitio, afficiuntur; quasi haec contemplationis gratia non nisi post congruum meditationis tempus; nec alijs, quam viris valde perfectis concedatur. Hi, inquam, qui sic de hac re iudicant; proculdubio errant, aliorumque profectum multum impedire possunt: non enim iuxta Sanctorum Patrum, ac Doctorum Mysticorum doctrinam, quam retulimus, haec diuturna mora, ingenique perfectio semper expectanda est: sed plerumque breui tempore totum hoc negotium conficitur; iuxta doctrinam à Mystico nostro Doctore, alijsque Patribus traditam, & à nobis §. 1. huius capitis explicatam.

Laus Deo, & Beatae Mariae.

INDEX CAPITVM

QVÆ IN HOC LIBRO
CONTINENTVR.

P ARS prima elucidationis, ea, que ad propositiones has in communi pertinent complectens. pag. 10	Mysticam sibi vendicare ostenditur. 48
Cap. 1. Huius libri doctrinam propter aliquorum scrupulum, distictionemve censuram non obscurari, sed potius exinde occasionaliter illustrari, & commendari, ibid.	§. 3. Id ipsum exemplis à terminis imperfectis desumptis in Theologia Mystica confirmatur. 51
Cap. 2. Securitas, vilitas, insignisque auctoritas, & excellentia doctrina venerabilis parentis nostri Ioanni à Cruce ex multiplici capite demonstratur, 16	§. 4. Vfus terminorum dissimilium, & contrariorum in Theologia mystica exemplis ostenditur. 52
Cap. 3. Prima obiectioni, qua aduersus venerabilis Patris nostri Ioannis doctrinam in communi occurritur. 22	§. 5. Terminorum superperfectorum in mystica Theologia vsus ad idem demonstrandum adducitur. 53
Cap. 4. Secunda principalis obiectioni aduersus Mystici nostri Doctorem doctrinam in communi proponitur, & diluitur. 29	Cap. 7. Scientiam non mediocrem, sed summam insuperque experientiam ad mystica Theologia sublimis materias, propriasque eius locutiones, ac phrasas perfecte intelligendas, & sine errore iudicandas necessaria esse demonstratur. 54
Cap. 5. Tertia principalis obiectioni aduersus eandem doctrinam in communi sumptam occurrit. 32	§. 2. Necessitas experientie præter scientiam demonstratur. 56
§. 2. Horum librorum in lingua vulgari vilitas, & conuenientia demonstratur. 37	§. 3. Aliquando simplices personas esse sapientiores in mystica Theologia, quam alias in speculatiuis scientijs eruditus ostenditur. 58
§. 3. Insignis auctoritas Magistri Luisij Legionensis ad hoc propositum adducitur. 40	§. 4. Quinam Theologi apti, vel inepti sint ad iudicium de rebus, ac locutionibus mysticis ferendum ex dictis concluditur. 59
§. 4. Proposita obiectionis responsio concluditur. 65	Cap. 8. Heretici, qui illuminati dicuntur, summatim proponuntur. 60
§. 5. Incidenti quæstio fit satis. 42	§. 2. Prior hæreticorum, qui illuminati dicuntur classis, eorumque errores referuntur, & ex doctrina mystici nostri Doctore, aliorumque Patrum rejiciuntur. 61
Cap. 6. Theologiam Mysticam, sicuti & quamlibet aliam scientiam, vel artem proprias, ac reconditas phrasas, aut locutiones sibi vendicare, quarum vsus minime ab alijs in tali scientia ineruditis iudicandus, aut taxandus, sed illius professorum iudicium (dummodo de veritate constet) relinquendus est. 44	§. 3. Secunda, & prior Illuminatorum classis refertur. 63
§. 2. Facultatem hanc potiori iure Theologiam	§. 4. Tertia, & pessima Illuminatorum classis refertur. 64

B.
Joannis
à Cruce

Opera
mystica
NVI
124

INDEX CAPITVM.

- §. 5. Ultima illuminatorum classis refertur. 65
Cap. 9. Vnde aliquorum deceptio circa sinistram suspensionem, minusque benignam censuram aliquarum propositionum venerabilis nostri Ioannis orta fuerit declaratur. 67
Secunda pars Elucidationis, ea qua ad propositiones in particulari pertinent, complectens. 75

Secunda pars.

- Cap. 1. Prior propositio elucidatur, ac Sanctorum Patrum, illustriumque Doctorum manifestis testimonijs corroboratur. 75
§. 1. Pro elucidatione huius propositionis aliqua praeferuntur. 75
§. 2. Ex doctrina tradita propositionis huius legitimus sensus ostenditur. 77
§. 3. Plura Sanctorum Patrum, & illustrium Doctorum testimonia ad propositum adducuntur. 78
§. 4. Testimonijs S. M. Nostrae Theresiae huius propositionis elucidatio absoluitur. 82
Cap. 2. Secunda venerabilis nostri Ioannis propositio elucidatur, eamque tam quoad rem, quam quoad modum loquendi, apud Ecclesiae Patres, & Doctores Catholicos frequentem esse ostenditur. 83
§. 1. Legitimus huius propositionis sensus declaratur, & ex sacra Scriptura, ac Theologia comprobatur. 83
§. 2. Sanctorum Patrum, & illustrium Doctorum testimonijs eadem doctrina, & locutio corroboratur. 86
§. 3. Illustri S. M. N. Theresiae testimonio eadem doctrina, & locutio corroboratur. 90
Cap. 3. Tertia elucidatur propositio, eiusque doctrina, & loquendi modus pluribus Sanctorum Patrum, & illustrium Doctorum testimonijs confirmatur, & illustratur. 91
§. 1. Praemittuntur quaedam notatu digna. 92

- §. 2. Ex dictis elucidatur prior pars huius propositionis. 91
§. 3. Testimonijs Sanctorum Patrum praedictae doctrina, & locutio comprobatur. 96
§. 4. Animaduersio circa statutam doctrinam valde notanda. 100
§. 5. Secunda propositionis pars declaratur, & elucidatur. 103
§. 6. Pluribus S. M. Nostrae Theresiae, & aliorum Doctorum testimonijs comprobatur. 104
§. 7. Tacita quaedam obiectio pracluditur. 107
§. 8. Animaduersio notatu digna pro debita tradite doctrina intelligentia. 108
§. 9. Tertia propositionis pars elucidatur, & SS. Patrum testimonijs corroboratur. 110
Cap. 4. Quarta & praecipua propositio elucidatur, Sanctorumque Patrum, ac illustrium Doctorum testimonijs comprobatur. 112
§. 1. Erroneus illuminatorum sensus à proedictis mystici nostri Doctores locutionibus pluribus, & manifestis eiusdem testimonijs euidenter excluditur, & Catholicus eius sensus comprobatur. 112
§. 2. Verus sensus praedictarum locutionum multipliciter declaratur. 116
§. 3. Plura S. Patrum, & illustrium Doctorum testimonia, in quibus eadem doctrina, & locutio continetur, referuntur. 118
§. 4. Ex Theologorum doctrina, & locutione amplius eadem locutio confirmatur. 119
§. 5. Alia locutio contemplationem potius in passione, quam in actione constituentis testimonijs Sanctorum Patrum, & illustrium Doctorum comprobatur. 124
§. 6. Locutio silentium contemplationi tribuitur testimonijs sacrae Scripturae, & Patrum stabilitur. 126
§. 7. Nomen somni, & mortis scripturae, & Patrum testimonijs confirmatur. 127
§. 8. Annihilationis nomen, & locutio ex sacra Scriptura, & sanctis Patribus confirmatur. 128
§. 9. Com-

INDEX CAPITVM.

§.9. Conclusio totius capituli,	129	Cap.10. Propositio decima elucidatur, & San-	
Cap.5. Quinta propositio elucidatur, eiusque		ctorum Patrum, illustriumque Doctorum testi-	
doctrina, simul, & loquendi modus Sancto-	130	monij illustratur,	154
§.1. Prior pars propositionis illustratur, & Sa-		§.1. Verus, & legitimus propositionis sensus ex	
ctorum Patrum testimonij corroboratur.	130	ipsa mystici Ioannis nostri doctrina aperte de-	
§.2. Secunda propositionis pars elucidatur, &		monstratur.	155
ex communi doctrina confirmatur.	133	§.2. Ratione, & experientia propositionis do-	
§.3. Elucidatur, & confirmatur tertia propo-		ctrina comprobatur,	156
sitionis pars,	134	§.3. Testimonij Sanctorum Patrum, & illu-	
§.4. Ultima propositionis pars elucidatur, &		strium Doctorum eadem doctrina corroborat-	
ex communi Theologorum doctrina confir-	135	tur,	158
Cap.6. Elucidatur propositio sexta, Sancto-		Cap.11. Elucidatur propositio vndecima. San-	
rumque Patrum testimonij illustratur,	137	ctorumque Patrum, & illustrium Doctorum	
§.1. Declaratur, & confirmatur prior propo-		testimonij corroboratur,	160
sitionis pars,	138	§.1. Doctrina huius propositionis, Sanctorum	
§.2. Elucidatur, & Sanctorum Patrum testi-		Patrum, & illustrium Doctorum testimonij	
monij corroboratur secunda propositionis	ibid.	confirmatur,	ibid.
pars,		§.2. Insigni S. Matris nostra Theresia testimo-	
Cap.7. Elucidatur septima propositio, Sancto-		nio id ipsum demonstratur,	163
rumque Patrum testimonij corroboratur,	140	Cap.12. Elucidatur duodecima propositio, &	
§.1. Verus propositiois sensus declaratur, ibid.		Sanctorum Patrum testimonio corroborat-	
§.2. Alia ad idem propositum Sanctorum Pa-		tur,	165
trum testimonia subiunguntur,	141	§.1. Verus, & legitimus propositionis sensus ex	
Cap.8. Octava propositio elucidatur, Sancto-		v. r. b. i. mystici nostri Doctoris manifeste osten-	
rumque Patrum, & illustrium Doctorum		datur,	166
testimonij illustratur,	144	§.2. Eadem doctrina testimonij Sanctorum	
§.1. Legitimus propositionis sensus declaratur,		Patrum & illustrium Doctorum comprobatur,	
& Sanctorum Patrum testimonij corrobora-	145	167.	
tur,		§.3. Alijs Sanctorum Patrum, & Doctorum	
§.2. Egregio S. Mat. nostra Theresia testimonio,		illustrium testimonij, & exemplis eadem do-	
alijsque etiam Sanctorum Patrum dictis ea-		ctrina confirmatur,	168
dem doctrina confirmatur,	147	Cap.13. Propositio decima tertia elucidatur, &	
Cap.9. Elucidatur nona propositio, Sancto-		insque manifestus sensus ex communi doctri-	
rumque Patrum, ac illustrium Doctorum		na comprobatur,	170
testimonij corroboratur,	148	Cap.14. Propositio decima quarta elucidatur,	
§.1. Verus propositionis sensus ex doctrina Ve-		sanctorumque Patrum, & Doctorum illu-	
nerabilis nostri Ioannis manifeste demonstra-		strium testimonij corroboratur,	171
tur,	149	§.1. Prior propositionis pars elucidatur, ibi d.	
§.2. Sanctor. Patrum, & illustrium Doctorum		§.2. Alijs Sanctorum Patrum testimonij e a-	
testimonij eadem doctrina confirmatur,	152	dem pars confirmatur,	173
§.3. Doctrina mystici Doctoris amplius decla-		§.3. Secunda propositionis pars declaratur, &	
tatur,	153	confirmatur,	174
		§.4. Eadem secunda pars alijs Sanctorum Pa-	
		trum,	175

B.
Joannis
à Cruce

Opera
mystica
NVI
124

INDEX CAPITVM.

trum, & illustrium Doctorum testimonijs amplius confirmatur, 175	ctorum testimonijs eadem doctrina confirmatur, 187
Cap. 15. Elucidatur decima quinta propositio, & ex communi Sanctorum Patrum & illustrium Doctorum autoritate corroboratur, 177.	Cap. 17. Elucidatur decima septima propositio, eiusque legitimus sensus ex communi Sanctorum Patrum doctrina demonstratur, 190
§. 1. Doctrina huius propositionis quam plurimis Sanctorum Patrum, & illustrium Doctorum testimonijs comprobatur, ibi.	Cap. 18. Elucidatur decima octava propositio, & ex dictis in tota hac elucidatione verus eius sensus aperte ostenditur, 192
§. 2. Animaduersio notanda, 178	Cap. 19. Propositio decima nona ex dictis declaratur, & elucidatur, 193
§. 3. Eiusdem propositionis doctrina, quoad ultimam partem confirmatur, 179	Cap. 20. Elucidatur vigesima propositio, & Sanctorum Patrum testimonijs corroboratur, 194
Cap. 16. Elucidatur decima sexta propositio, eiusque legitimus sensus declaratur, Sanctorumque Patrum testimonijs corroboratur, 182.	Cap. 21. Elucidatur vigesima prima propositio, verusque eius sensus Sanctorum Patrum testimonijs corroboratur, 196
§. 1. Verus propositionis sensus declaratur, ibi.	§. 1. Verus propositionis sensus declaratur, 197
§. 2. Eadem doctrina magis declaratur, 184	§. 2. Sanctorum Patrum & illustrium Doctorum testimonijs doctrina tradita corroboratur, 198
§. 3. Obiectio quadam diluitur, 186	
§. 4. Sanctorum Patrum, & illustrium Do-	

FINIS.

Collegij sancti Iosephi Paderbornae.

